



**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

De Forma Et Charactere Sacræ Eloqventiæ. Liber Decimvsqvintvs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](#)

eis s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> succeditur, in hac nunquam. Ecce quid valent statuta legum, ecce quid proficit diffinitio sanctionum, quae illi spernunt maximè qui ministrant. Sane ad parendum humiles abiectione coguntur, compelluntur iussis obtemperare pauperculi, & nisi obtemperauerint, puniuntur. Eandem enim rationem in hac re habeat, quam in tributis.

Soli iussis publicis seruunt, sicut soli tributa solunt: ac sic in ipsis legibus, & in ipsa iusta rerum præceptione maximum iniustitiae scelus agitur, cum ea minores quasi sacra obseruare coguntur, quae maiores iugiter quasi nulla corculant.

{.}

Finis Libri Decimi quarti.



## DE FORMA, ET CHARACTERE SACRAE ELOQVEN- TIAE.

### LIBER DECIMVS QVI NTVS.



**A**ERET intimis affixa sensibus nostri Theophrasti memoria, qui licet naturam expleuerit viuendo, nobis tamen immaturus obijste videtur; tantum suū desiderium bonis omnibus reliquit. Et eius quidē virtutes posteriorætas intuebitur, nec vnguam de tanti viri sapientia, fide, religione, constanza, & assiduis in propaganda Crucis gloria laboribus conticescat. Scis ipse N. Qualis & quantus fuerit, nec apud imperitum loquor. Mihi quidem virum illum plane admirabilem in hac ferrea hominum ætate, quasi aurei generis particulam ostendisse natura videbatur, cuius vita perpetua fuit vitiorum censura, norma morum, clarissimarum virtutum imago, Vox autem iuge quoddam sapientiae celestis oraculum. Erat illi ingenium velox, pectus sapientia, & virtutis ferax, mēs acris, præcelsa, & volucribus (ut ita dicam)

flamnis semper accensa; Quæ neque asperitibus rerum immunita torpesceret, neque blanditijs oppressa coniueret. Corpus etiam ipsum laboris patiens, atque illius statura & maiestatis, quæ tantæ mentis pondus commode sustentaret. Cumque à pnero magnarum arrium fontes imbibisset, quibus prodesse aliquid mortalibus posset, non se vniuersaliter parietibus conclusit, sed magno animo in totius generis humani commercium emisit. Emicuit cum illa non ancillaris facundia misera quædam necessitas, sed vis dicens quædam ineluctabilis, quæ timerent improbi, venerarentur boni, ipsi terrarum principes formidarent simul, & diligenter. Ecce per tot annos in his concionum fluctibus iactarentur, numquam inexhaustus ille fons arefiebat, sed ut Oceanus, qui aquas cœlo, & terris præbet, in suis semper cursibus totus est, atque integer, sic ille se rebus humanis ita impendebat, ut dare quidem posset, nihil postea deperdere. Nec mirum si tam diutinus ingens illius Oratoris vigor fuit,

hæc

Conciona-  
toru<sup>s</sup> egregi-  
jans.

*Oium vi-  
ni hominis  
sepulchra.*

Hærebat enim in altissimarum virtutum pie-  
tatis, demissionis, patientiae, charitatis nix-  
us radicibus. Nostri quale fuerit eius cum  
Deo contubernium, cum non secus ac ho-  
minum custos Angelus, in extensa quidem  
se diffunderet, hærebat tamen totus origini  
sua, & in te vndeque per reciprocos veluti  
diuini amoris circuitus remearet. Nihil op-  
nionis caussa faciebat, omnia conscientia, pa-  
triam suam cœlum perpetuo intuebatur, &  
Præfides Angelos supra lecicumque, stantes  
dictorum, factorumque censores, vitam om-  
inem existimabat aut supplicium, aut militiam,  
delicatum vero otium viui hominis se-  
pulturam. Quamobrem opposuit se dum vixit  
murmur pro domo Dei, steur in Ecclesia pro-  
pugnaculis non coronatus, & mollis, sed pul-  
uerulentus, & coloratus. Contra impietatem,  
contra vitia, contra torrentem terreni huma-  
norum impetum cluclatus est, eo semper ani-  
mo, ut aut vincere, aut gloriosi operis clavum  
tenentem tempestas obrueret. Pugnauit, vi-  
cit, spolia in cœlum præmisit, mox ipse in-  
ter celestium palmarum fructus spiritum ex-  
haulit, vi & vite flore, & mortis opportuni-  
tate, diuino consilio ortus, arque ex iunctus.  
Sed haec alij plenus. Mihi vero petopportunum  
visum est, præstantissimum hominis pre-  
seruum de sacra eloquentia æternum bene-  
meriti iudicium hoc libro inferere, ex ea dis-  
putatione que illi fuit cum Logodædalo po-  
strema, ut non inimico Cygnæ diuini ora-  
toris cantio possit appellari.

Redibamus forte ex concione cuiusdam  
adolescentis, ex eorum numero qui cruda ad-  
huc studia propellunt in publicum. Hic cum  
declamat ouem, non enim concionem dixe-  
to, leuiculus Rhetorum Horibus aspersam reci-  
tasset de pulpite, magna, ut erat lingue volu-  
bitate, gelusque non inconvenia gratia pre-  
ditus, videretur imperitorum qui tum aderant  
iudicio non mediocrem laudem consequetus.  
Alij, quippe laudabant mellitos ( ut ipsi aie-  
bant) verborum globulos, quibus tota oratio  
perpluebat. Alij in cœlum efferebant laudibus,  
descriptionem quandam Aurora, delicatissi-  
mis expressam lineamentis, viuileque colori-  
bus illustratam, que tamen argumento ita co-  
hærebat, ut ceruix equina cum humano capite,  
quod belle dixit Horatius. Alij reconditan-  
im sapientiae mirabantur, quod tam subtili-  
ter Andromedam, cum natura humana, Per-  
seum cum Christo, Danaen, cum Beata. Vir-

gine, & nescio quem Pandore talceum, cum  
æterna beatitudine comparasset. Cæteri qui  
studiosiores opinor eloquentiae videri volebant,  
quasdam eius in Pilatum & seribus, & Phara-  
onem, rabiosulas sane, sed inutiles inuenientias  
prædicabant.

Qui minus ingenio poterant, calorem con-  
tenuonis, & vibrantes oculos, & digitorum *tis errores,*  
argutias, & pedum supplosiones, & pulpiti si-  
duas verberationes diligenter diligeantur.

Nec mora, iam penè ab omnibus quasi au-  
teus Suadæ partus iactabatur. O felicem ( aie-  
bant) matrem, quæ tantum oratorem peperit,  
& quò exercebat illa indoles? qualis erit feruor  
meridianus, si tanta prima lucis riferunt cre-  
puscula? Adiutum etiam Poetarum grege, qui  
diceret:

*Cedite doctores Romani, cedite Graeci,  
Ne ego quid maius nascitur Ambrogio.*

Nos qui plenis saeculis propinatas adul-  
tiones ferre non poteramus, cum Theophrasto  
nolstro secessimus in credam. Nam & ab eo  
secessari remotis arbitris auebamus, quid  
de tota hac ratione concionandi sentiret. Ita-  
que cum opportuno loco ad imaginem. Pauli  
concedimus, rogauimus, & per eius expresso  
in cera vultu, quem tantopere diligenter, ne  
quod ab eo lapide quæsumus esset, & aliquando  
promissum, de laeti eloquentia iudicium bo-  
na fidei debitor, interponere veretur. At ille  
remotis exulationibus, quibus lapide vivuntur,  
qui sunt carius inepsi. Dicam equidem quod  
censeo pro mediorum visu, & facultate, quam  
mihi tringinta fermè anni in his concionum  
laboribus exacti attulerunt. Nihil autem in  
hominem dictum velim, quem miseratione  
potius quam calligacione dignum puto, & tor-  
tasse seruis eger monitoribus, quibus ad veram  
sapientiam possem informari. Vos de re quic-  
quid est, non de persona accipite.

Sæpen numero mirari soleo depravatam *Profunda*  
istius eloquentia licentiam sine fronte, & oculi *doctrinæ*  
nihil enim aut veretur, aut videt. Heu quo usus fre-  
terum deuenimus? Ecclesiæ penè ipsas in quævis in-  
seinas, & conciones in theatralis ludos nitunt *sacris ex*  
*agitat* conuertere. Ignoscant mihi lepulti *rio-*  
rum manus, sed pato eorum cineribus, si quis  
modo sensus est, injuri dolorem, cum hec  
iactant in templis, qua melius inter ludib-  
rundas aures in circulis, vel etiam theatris  
narrarentur. Nobis certè adolescentibus dice-  
batur à magistris eloquentia, Atheniensis cù-  
ludos

ludos gladiatoriis malo vicinarum vibium more, & exemplo, in suam vibem admittere percupent, Demonactem, qui tum ferebatur in ea & ep. clarissimus, grauiter obstituisse. Quo enim aiebat gladiatores eum misericordia, quae in viba vestra (Atenienses) delubris & aris colitur vel eruentiam illam hominum lan. enam expelite, vel ceridaram misericordiae, quae præ vestris stat oculis, euerite. Neque enim fas est ista quæ moribus disjunctissima sunt, ijsdem sedibus commiscebatur.

Mihi vero idem, in re haud multum dissimili contingit exclamare, quod mihi fabula cum veritate: quod mihi phaleræ verborum cum sanctimoniam? quod eu. igne vigili, & tremenda Christi ara silentorum, & Satyrsco-  
rum lulus: te primam sacras imagines è tem-  
plis conuellite, ignes extinguite, aras subrui-  
te, tollite mihi istam speciem plenam gra-  
uissimæ sanctitatis, que vel impiorum tensus  
tacito quodam maiestatis fulgore perstringit.  
Velerint si pudet tolire, tot religionis no-  
stræ pignora, quæ contra vanitates istas clama-  
mant, obnubilate, tum fabulas narrate, quam  
quam terram ipsam piè tantereque conser-  
vata, nisi eradatis, ad has voces indigna-  
tum iri crediderim. Fuit quondam tempus  
illud, quod instar grauissimæ matronæ sacra in  
publicum procedebat eloquentia. Nunc autem  
pudet dicere, sed piget tacere, hæc, ut leuis  
meretricula sè lenocinijs & fucis insinuat,  
haud enim negat quod ipsa talis sit, nec si ye-  
lit, possit: nec si possit velit.

**Quare an-**  
**idolatria**  
**committat.**  
**Tertull. de**  
**idolol.**

Quin audierit latim: Radix tua, & genera-  
tio tua de terra Chanaan: Pater tuus Amor-  
rheus, & mater tua Cethæa, & quando nata es  
in die ortua tui non es præsis us umbilicus tuus,  
& aqua non es lata in jalutem, nec sale jaluta,  
per involuta pannu. Quæ enim radix Chanaan  
nisi Gentilitas? Ecquid pater Amorrheus,  
nisi qui sibi fingunt auctorem, & Deum  
eloquentia Mercurias aliquis aut Hercules  
Ognius. Ecquæ Cethæa mater? nisi Ethnico-  
rum, Sophistarum schola? Quid ymbilicus mi-  
nimè præcisus? & aquæ salutatis, ac salis, pan-  
avorumque inopia, nisi fordes, & stultitiam, &  
audacitatem, istius denique impudentis turpi-  
tudinem prædicant. O mores! adeone gene-  
rosus ille sanctorum patrum spiritus exstabat  
in nobis, ut pudeat eos agnoscere, qui nos  
ramen (si modo Christiani sumus) in Christo  
genuerunt! scilicet pudor est cum Perio, &

Paulo, cum Matthæo, & Ioanne loqui, sunt  
enim barbari, & lingua, voceque absconci. Qui  
igitur diurnis, nocturnisque terendi manibus,  
qui apud molles cædheras appellantur: Phi-  
lostrati, Ouidii, Plinij, Plutarchi; additæ eti-  
am Petronios, Apulcios, ita illi ipsi, quos æ-  
ternis tenebris sepelire oportuit, prodeunt  
non in scholatum vmbracula, iam enim  
commune est, sed in suggestum conciona-  
torum, & in hanc lucem Christiani nominis,  
quam ipsi si reuiverent auctores, non aude-  
rent intreri. Tertullianus, libro de idolatria  
Ludimagistros, qui fabulas Poetarum docent,  
Affines esse ait: multimoda idolatria. Primum  
quibus necesse est Deos nationum p̄dicatorum,  
numina, Genealogias, Fabulas, ornamenta ho-  
norifica quoque eorum enunciari, item so-  
lemnitas festaque eorumdem obseruare, ut qui-  
bus vœctigalia sua suppeditant, ipsam primam  
noxi discipuli sapientem, Minervam & Honorem,  
& nominis consecrare. Quo igitur in num-  
ero fabulosos concionatores censuisset? Adeo-  
ne sacrarum literarum fontes exaruerunt? Adeo-  
ne coelestis eloquentia flumina sunt ex-  
hausta, ut à Luciano & Herodoto, & Paula-  
nia, & si quid est istius farina hominum, que-  
rendum sit quid dicas, aut quo modo coac-  
ceris? Audiuntur illi facris autoribus fre-  
quentius immixti, laudantur eorum senten-  
tiae, & loquuntur mortui in Christianorum  
pulpitis, nonnulli quos viuos vix Epicurei ad. Comparsis  
misissent. Commissetur Christus cum Or-  
fista, ut in Alexandri Imperatoris Larario  
Plato: Atticus cum Paulo cum Petro Thuc-  
cidides, & Lucas, cum Apollonio: Pæclarum  
scilicet mixtum, & quid restat, nisi vt Dei-  
param quoque Virginem, cum Helena con-  
fundamus? Absit verbo inuidia, sed timen-  
dum est, ne qua hic coelestis ira lateat, quam  
nostræ sensus satis non agnoscant. Audio to-  
nantes minas. Venite confundamus linguam  
eorum. Ecquid alijunt hunc quam linguæ mis-  
cellaneæ & confusæ tot profanorum autorum  
idiomata? quos ecce qui spretis Catholicis  
scriptoribus conantur ingerere, Babel asti-  
unt, quam Deus spiritu oris sui exstupabit.  
Deinde plaudunt sibi miseri, quati pulchri  
sint, & beati, quod ab imperitis forte adoles-  
centibus haec eorum plausibus celebretur elo-  
quentia. Heu quam carè leues illi sumi gloriolæ  
constabunt, nisi forte satis magnum prædi-  
sum arbitrantur in sua eloquentia positum, ut  
se aduersus tremendum summam iudicis Tri-  
bunal

Adonid  
brii.

Burckh.

3.

bunal defendant, eum ab ipsis Dæmonibus accusabuntur, quod spora litteratum sa-  
cerorum maiestas plena sanctissimæ cruditi-  
onis, ad nugas, & quisquilias deflexerint, qui-  
bus, ne Adonis quidem horti, quos ipsi  
memorant magis steriles vnguam fuerunt.  
Sed alia est ratio eorum, qui haec parce,  
& sapienter usurpat, alia eorum, qui  
totas conções his delitamentis infere-  
ciant: qui debebant hoc fulmen Baruchis at-  
tendere. Filii agar qui exquirunt prudentiam,  
qua de terra est, negotiatori terra, & Theman,  
& fabulatori, & exquisidores prudentie, &  
intelligentie, vim autem sapientia nescierunt,  
neque commenti sunt semitas eius. Haec vestu-  
quodam mentis Theophrastus noster effu-  
dit, ad cuius orationis grauitatem cohorru-  
erunt, qui prius ad rr ollorem dicendi rati-  
onem videbantur propensiones, neque enim  
rueatis in se fulminis pondus aut expectare  
poterant, aut auertire. Nonnulli etiam ex  
imperiorum numero minus assequunti, quid  
vellet haec oratio iam palam omni eloquenti-  
zæ decernebant exilium. Itaque diu pre-  
feso ore substitutus, donec tam austerum  
sermonem exceptit Logodædus, vir cætero-  
qui bonus, sed qui orationis cultui studere vi-  
debatur impensis, quanquam ab ijs inep-  
tiis longe aberat, quas tam acris castigatione  
Theophrastus verberata. Ille igitur patro-  
cinium suscepit eloquentiae, quam habebat  
in delicijs,

*Externa  
disciplina  
non sive  
principia re-  
pudianda*

Vere tu quidem (iit) Theophraste, & istos  
quos arguis rugatores adolescentulos, qui  
totam celestis eloquentiae rationem corru-  
perunt, nemo excusat, nisi sit ipse dementis-  
simus.

Verum subit illud interdum querere sit  
ne aliqua in rebus diuinis adhibenda eloquē-  
tia: Inuenias enim permultos homines aliqui  
minime malos, sed in ea parte nimis ( vt ar-  
bitror) austeros, qui quod ijs à puer non  
sunt arbitris informati, quibus ingenia ad ho-  
nestum excitantur decus, eloquentiam quam  
se asséqui posse diffidit in alijs reprehendit,  
quod non tam charitate communi, quam sui  
amore, & gliscientis cuiusdam inuidentiae flui-  
mulis facere videntur. Nam cum ipsi maxi-  
marum artium sive imperiti, alieni ingenij  
florem ægris oculis intuentur, & malum  
quod cuique facilius est, bonas discip. ias cō-  
temnere, quam ad eas ingenium cum multis  
qui in eo puluere a viris doctis exorbitu-

boribus applicare. Fueum igitur omnem elo-  
quentiam esse dictitant, proprium gentilita-  
tisbonum, Christianis hominibus indignum,  
flabellum vanitatis, nudum superbit, idolo-  
rum denique seruitutem: quibus sanè verbis  
nimis atrocibus, æternum videntur optimis  
artibus exilium indicere. Sed haec tolerabilio-  
ra viderentur, si qui hanc prædicant immo-  
deratius, aut Apostolorum sanctimonia flore-  
rent, aut ut aliqui Thaumaturgi præpoten-  
tes ad qualibet miraculorum genera expedi-  
rent manum; sed cum ipsis homini sint consi-  
lii, & mentis inopes, ægræ mihi persuadent, vt  
ablegatis hi imanis prædictijs, quibus vitam, &  
res nostras diuina prouidentia dispensat, ad  
otium & desidiam confugiam. Quamobrem  
dum vacui sumus, & iam calere satis res visa  
est, cupio, & eorum rationibus occurrere, &  
eloquentiae decus, atque honestatem ab ini-  
quissima calumnia vindicare.

*Eloquentia  
defenditur.*

Primum scisciari ab ijs doctoribus velim, malumne putent ex le eloquentiam natura-  
lem? malam certe nemo dixerit, qui modo sa-  
næ mètis fuerit: nam quod homo animal pro-  
uidum, sagax, acutum, plenum rationis & con-  
silij, intimos animi sensus oratione quasi exi-  
mio quodam mentis simulachro depromat,  
hoc donum Dei est minime contemendum.  
Itaque & qui in ea re vberiores sunt & acutio-  
res, hos quasi meliore cœli suo irrigatos a-  
mamus & suspicimus. Quid igitur si a natura  
nihil mali est, ab arte ne quid lateat veleno-  
sum est? At quid ars, si modo recta sit, aliud  
conatur, quam initiam vim naturæ promoue-  
at, incitat, excolat? An si que ex ingenij boni-  
tate, & viu quodam lautoris consuetudinis  
existit eloquentia nihil habet reprehensionis,  
tum demù censetur vitiosa, cum laboribus,  
& studijs honestissime culta fuerit. At vero O Deus r̄is  
ars nimis mollem, & ornatam facit eloquenti-  
am? certe li iam ornatum & iucunditas accusa-  
tur, verendum est ne non tam nobis cū oratori-  
bus quām cū Deo ipso præponente illius pul-  
cherimi mundi artifice, certamen constitutū  
sit, atq. suscepimus. Exurgat quippe momus, &  
& dicat, quo lum tot micantium syderum in  
celo forme, num satis uno sole collustrari coe-  
lum poterat? quo slum in mari tot margaritæ,  
tot flores in terris, tot marmoris, auri, ar-  
geniæ venæ, quibus sine sui dispendo ca-  
ruisset mundus. Quorū hęc ummo rerum & multa  
conditore inducta: num fatus fuisset cœlū la-  
consequen-

Aaaa 2

xius ter,

xius amplioresq; terras, vel etiam plures mūdos, ad multarum animantium vnum fabri-  
cate, quam vnum tot ex tanta sedulitate con-  
quisitis ornamenti expolire? quid artes ipse,  
quæ non patiuntur naturam suo frui ingenio?  
quorsum tam varie, & tam multiplices in-  
venientur, quanto melius erat vniuersum semel  
conditum, suæ, vt ira dicam, ingenuitat per-  
mittere, quam tot exquisitis artificiorum ge-  
neribus à naturali cursu detorquere? Hæc si  
quis diceret, merito ridiculus, ne dicam impi-  
tideretur, qui summa Dei in constituendis, or-  
nandisq; rebus prouidentiam ad suam censurā  
reueocaret. Nec dissimili profecto genere vi-  
dentur in humanam societatem iniurij, qui  
hoc quantumcumque est linguae, & orationis  
commercialium, quo à brutis animantibus dis-  
tinguinur, esse quam ornatissimum vetant,  
quasi vero, quæ vna pars est corporis (si bene  
casteque regatur) præstantissima, negligere  
omnino atque abiecere debeamus. Sit (in-  
quiunt) ornata, & pœxa oratio, nemo vetat,  
sed id duntaxat in scenis & theatris, vel crīa  
in foris, & concionibus, in quibus albis ve-  
luti quadrigis triumphare, & magno freni-  
tu plausuque celebrari solet. At vero in tem-  
plo, in ijs domicilijs, quorum recta ipsa san-  
cta sunt & pudica, quid attinet hanc suadam  
in fastu, & gloria, volitantes, immoderarius  
ostentare, quam nec Christiani, ingenij, minis  
simplicitas, nec aures salubrioribus inuiri-  
scis admittunt: parum abest quin illi obtru-  
dant.

*Quæ ornati  
dicere quis-  
piam audire  
asiam vnde  
dicere exi-  
st: mat.  
August.  
apud S.  
Prosp.  
Sent. 265.*

*Templi  
fructus.*

Dicite Pontifices in sacro quid facit aurum?

Etenim si templo, & res diuina carere omni-  
ni cultu, & perpolitione debent, cur in Eccle-  
siarum structuram tantus impendit labor,  
vt in profusam laxitatem excurrant, & t  
marmoribus incrustata fulgeant, & laque-  
gium dignitati pavimentorum respondeat ni-  
tor, vt pictis specularibus, peristomatis, & i-  
maginibus ad certamenysque pulchritudinis,  
luxurient? Quorsum tam lauta vastorum sus-  
pelleb explicatur? quorsum tot lycini pensiles,  
tot aromata, tot gemme, tot faces? tot &  
tam accurata munditia, quæ spestantium  
oculos, & sensus intimo religionis horrore  
perfundunt? Quin nos renocatis, ad futilia,  
quin stultos Salomonis, Constantinos, Iusti-  
nianos, Caroios dicitis, quibus nihil fuit an-  
tiquius, quam æternæ mentis numini conse-  
cratas domos singularibus in dies ornamen-  
tis distinguere. Addo mellitissimos etiam

symphoniacorum cantus, dulcesque omnis  
generis fidium modulos, veteris quandam  
scenæ, & coniuiorum delicias, à sapientissi-  
mis auctoribus in Ecclesiis inuetos esse,  
quæ nemo reprehendit, nisi qui religioni,  
& sanctimonia bellum indixerunt. Deo e-  
nim hæc sunt, cuius tam venerandum est  
numen, quam certa diuinitas. Qui igitur sa-  
cro oratori meritò succenseat, si in diuinis  
laudes quam expolitissimam profundat oza-  
tionem, cum in eis gratiam nihil possit satis  
esse perfectum? Sed hæc, inquit, ab Eth-  
nicis ingenij, & artibus profecta, Deo place-  
re nullo modo possunt. Primum quis eos  
docuit inuentum esse Ethnicorum eloquenti-  
am: Nam parum summis illis Hebreorum  
mentibus tribuunt, si existimant bene dicendi  
præsidij fuisse destitutas. Sed esto à genti-  
bus expressissimus, & vnde ipsæ habuerunt,  
nisi à Deo bonorum omnium largitore? quo-  
fit, vt nihil illi suum est piatum, sed ab ini-  
quis usurpat posseloribus, in legitimum domi-  
nium asseramus, nam si profecto id su-  
munt quicquid à gentibus boni fuerit, præli-  
batum, id si in nostras manus, vnumque vene-  
rit, continuè esse repudiandum? nouum illis  
solem, nouos mundos condere oportet, ne  
commercialium elementorum habent saltem  
cum gentibus commune. Nesciunt simplicis  
ingenij homines ipsa ethnicorum tempora te-  
rrimis flagitijs polluta, cum in Christianorum  
potestate deuenissent, non semper ex-  
cisa fuisse, atque conuulta, sed suis expiata.  
sordibus id sanctissimos vñus concepsisse. Sic  
enim Panthæum illud accepimus Deemo-  
niorum omnium receptaculum, in Sancto-  
rum omnium ædem esse conuersum, vt in  
ipsis sedibus, in quibus confederant castra  
impeditatis, Christiana religio, & pietas fre-  
mente Diabolo triumpharet. Nam & David  
sibi coronam ex auro idoli Moloch compa-  
rauit: Num Christus famosæ illius Magda-  
lene comes in suum obsequium dedicatas ab-  
rati iussit? At certè eorum sensu debuerat cri-  
nes toies, male pexos, male vnguentatos, non  
crines, sed Daemonum pilosorum (quos Aquila τριχωτας appellat) nidos, inuentutis il-  
lecebras, & miseriarum vietimarum libidinis  
teria, celeriter amputare, cur ijs tangi, extergi,  
perficari voluit? nisi vt ostenderet nihil esse  
impurum, quod sua esset cultui, obsequio que  
maicipatum. Ecquis iam audebit impudicā c-  
loquentiā nominare, quæ sc̄ Deo deuocerit?

Ne

*Molam in  
bonum  
conuerit.*

Ne autem videar ex sensu mealoqui, proferam clarissimorum authorum testimonia, qui à Christianis eloquentiam minimè negligendam, sed omni studio excolandam, vel etiam authorum profanorum lectione variā, quasi lectis epulis à tenero nurriendam censuerunt. Omitto sacras literas, in quibus Aaron vel Dei testimonio eloquens appellatur, & sapiens tanquam imberes mittere dicere eloquia sapientias. Diuus Basilis vir non minus eximiae sanctitatis, quam florentis eloquentiae, in ea oratione, quam habuit ad iuuenies de vilitate ex Græcorum scriptis percipienda, quam aperte suadet adolescentibus, ut poetas, historicos, oratores, & omnes omnino homines frequentent, à quibus aliqua vilitas in animi culturam permanera potest, & ne quis forte dubitet, eius verba subtiliam. *Ἐπὶ τὴν τέττα περιστάσεων, καὶ ποιητῶν, καὶ λογοτοῦς, καὶ γραπτοῖς, καὶ πάσιν ἀνθρώποις διμητρέον δύεν ἀν μέλλοντος τὴν δύναμιν τῆς φυσῆς βίᾳ μέλειαν ὠφέλεια τῆς ἐσθίας.* Addit autē humanioribus litteris initiandos esse, qui ad sacras affectant viam, quod pereleganti similitudine declarat expressius, sicut enim infectores, remissoribus quibusdam coloribus imbuere solent vellera, antequam viuum, & pertinacem Amethystini, aut purpure florem induant. Ita, inquit, & nos, ut solidæ honestatis faciamus per solidum fundamenta, opera premium est à teneris mansuetioribus studiis intingi, antequam ad sacras, augustioresque literas accedamus, sic enim fiet ut refractos impellueido fontis liquore radios videre contueri, ipsum denum solem acriori mentis obturu contemplemur. Quæ profectò vir diuinus non diceret, si græcorum eloquentia Christianis hominibus interdictum putaret. Nam cur ea nos comparare iuberet à puro, quorum ætate iam prouestis non tantum versus est nullus, sed magnum etiam dispensandum. Quid ipse qui Basilio consors, & particeps omnium studiorum, atque consiliorum fuit diuus Gregorius Nazianzenus? In Basilio funebri laudatione generoso, admodum animo succenfer imperitis, qui liberalioris doctrina studia contemnunt? Illud, inquit, inter omnes sanas mentis homines constare arbitror, eruditionem inter humana bona principem locum tenere, non de hac nostra solum, ac nobiliore loquor, sed etiam externa, quam plerique Christiani prauo quodam iu-

dicio, vt insidiosam, ac periculosa, & procul à Deo auertentem aspernantur, & cætera, quæ Græci melius: Οἶμαι δὲ πᾶσιν ἀν ὄμοιογόντος τὸν ἔχοντων παθευσιν τὸ παρηκμῆδον ἔντα τὸ πρῶτον, οὐ ταῦτα μόνα τὴν εὐγενεστέραν, καὶ ἡμετέραν. τὸ πάντας λόγοις κόμψοι, καὶ φιλότιμον ἀτιμαζόσα μόνης ἔχεται τὸ σωτηρίας, καὶ τὸ κάλλος τὸ νοσμένων, ἀλλὰ καὶ τὸν ἔξωθεν, οὐ οἱ πολλοὶ χρειανοὶ διαπέπονται, οὐτε ἐπέβλων σφαλερά, καὶ θεῖ πόρρω βάλλουσαν κακῶς εἰδότες ὥστε φύρονται, καὶ γῆν, καὶ ζέρα, καὶ ὅσα τέταρτα, οὐκ ἐταῦδη κακῶς τινες ἀγειλιφασι, ἀντὶ θεοῦ τὰς δεινὰς σέβονται, διὰ τὸ τερμόν περιφρονήτεον, ἀλλ' ὅτι Χρήστος οὐτὸν παρτόμενοι, πρὸς τε γῆν καὶ ἀπόλαυσιν, θεοντικά διων διαφέγγαμεν οὐ τῷ κτίσῃ τὸν κτίσιμον επανιστατες κατά τοὺς ἀφορούς.

Tandem concludit.

Οὕτω καὶ τέταν τὸ μὲν ἀετασικόν τε καὶ δευρητικόν εἰδεῖσθαι ὅτινος τοῖς διάμονος φροντὶ πλανὴν καὶ ἀπωλέτης βιθόν, διεπύσαμεν.

Eadem sermè Synesius in Dionē: οἱ δὲ ἀστεμφρεῖς οὔτοι καὶ ὑπερέπολαι ἥπτορικῆς. καὶ ποιηταῖς, οὐ μοιδοκέτοιοδὲ ἔκοντες ἔναντι τοῖς πενιαῖς φύσεως μηδὲ τὰ σμικρά παῖανοι. & cætera.

In quibus ostendit eloquentiae contemporaneos tales esse non sua sponte, sed ingenij penuria, tum eos hoc opusculo satis mordaciter perfictricat. At quæ in omni studiorum genere fuit eminentissimus Diuus Augustinus, *Aug. l.2. de doct. Christo c.40.* posquam eloquentia diuinitas à profanis authoribus monuit esse repertendas. Aspiciens (inquit) quanto auro, & argento, & ueste suffarinatus exierit ex Aegypto Cyprianus, doctor suaissimus, & Martyr beatissimus. Quanto Lactantius, quanto Victorinus, Optatus, Hilarius; ut de viuis taceam, quanto innumerabiles Græci? quod prior ipse fidelissimus Dei famulus Moses fecerat, de quo scriptum est, quod eruditus fuerit omni sapientia Aegyptiorum. Addam Augustino Lactantium, qui sic in institutionibus scribit. Licit possit sine eloquentia (Christianæ religiō cœendi) ut est à multis sapientia defensa, tamē cl-

Aaaaa 3.

tate, ac nōtore sermonis illustranda, & quodammodo differenda est, vt potenter in animos influat, & vi sua, & instruta religione, & luce orationis ornata. Quod autem gravissimis sententijs hic effantur, non modo ipsi, sed alij in suis scriptis constantissime saixerunt. Domum te N. deducam tuam, vis ordinaria Mose scriptorum omnium sanctissimo, eodemque vetustissimo, cuius scripta nou modo cincinnulos habent interdum oratorios, sed, & poeticas redolent amcentates, tanta insuper orationis maiestate, vt suau quodam terrore percellat animos simul & delectet. At Iobus ille vir non minus patiens animi quam præstantis ingenij, qua orationis affligit grauitate, quo floribus luxuriat, quo vegetis, & illuminatis Rherorum coloribus accendit: vides quippe apud eum descriptiones omni expositio distictas, & ita viuidas, vt rem magis videre, quam audire te credas. Sume tibi ex tanto numero equum bellicosum, & vide quam audaci genio à viro sancto expressus est.

Nunquid præbebi equo fortitudinem, aut circumdabis colo eius huncitum? Nunquid suscitabes quasi locustas, gloria nam iam eius terror.

Terram ungula fodit, exultat audacter, in os cursum pergit armatus.

Contemnit pavorem, nec cedit gladio, super ipsum sonabit pharetra, usibrabit hasta & clypeus. Feruens, & fremens sorbet terram, nec reputat tuba sonare clangorem.

Vbi audierit buccinam dicit: Vah procul adoratur bellum, exhortationem ducum, & vulnatum exercitus, sume hebraica in manus quorum valde peritus es, & expede, quid ad florē elocutionis, tantis & tam magnificis sensibus desit. Etiam nescio quomodo ut sœpe fit, pleraque in proprio idiomate sunt angustiorānam vbi nostra versio haber. Circundabis collo eius hincitum, est in hebreo textu יהָרְבֵּשׁ עַד־גַּזְבָּה: quia si latine ad verbum reddas, significant, Nunquid indu s collum eius tonitru vide quæ species magnitudinis: qui ceruicem tonitru, quasi veste amictam & hæc virum loqui, qui ferrur quintus fuisse ab Abraham. Quanquam scio nonnullos hoc scriptum Mosi tribuere, inter quos est Methodius Martyr, & Episcopus, sed non negant à Iobo primum Arabicis literis consignatum, & ex eo deinde volumine librum a Moysè compositum, quem nunc p̄ mani-

bus habemus. Verum, quid ad nos attinet, cum nouerimus haec sicut a Iobo dicta sint, sive à Moyse sancti Spiritus afflata, atque impulsu fuisse dictata, quæ nisi extraret authoritas, vos forte phaleras verborū diceretis. Quantas Reges, quorum ille quam speciem elo in David, quæntæ non est complexus in illis canticis, quorum luce non minus Ecclesia, quam sole Mundus illustratur: si narrat, & effatur, fundit oracula, si pugnat, torquet fulmina, si horret, faces accendit, si consolatur, miscet nepentes, & vbi de industria emolit orationem, totus ut ipse ait torrentes deliciarum immaginatur. Alterius vero, ut vestis regia, sic auro tota riget oratio. Sive enim in parabolis sententias, magna illius mentis pondera, in aculeatas verborum stringit argutias, sive in cantico, delicatissimo flore orationis luxuriat, sive in Ecclesiastico luxus Regum, & fragiles mortalium spes, opesque, nec non lubricas huius vitæ castigat voluptates, nihil est haec eloquentia diuinius. Quid in Prophetis, ecquem reperies indistertum: num omnes de rebus diuinis canunt quodammodo clatuum, num grādem, & lacertosam vibrant orationem, quam auro ferroque simul lucere, & micare fulguribus dixeris. Atque inter eos In eloqua Isaias vir nobilis, & urbanæ eloquentiae ceterum sapientia, à summis, ut ita dicam, vnguiculis ad verticem usque perpolitus, iplos Reges idololatras capi, oblectat, fulminat. Sume Aggaum, sume Zachariam, sume Hieremiam amanuensem Baruch, sume ipsum eductum ex gregibus, atque armentis Amos Prophetam, & ex eo, quem illi fortasse hicceum dixerint, audies quæ mirari possint vnguentati. Quid quod scriptor Machabœorum aperte & elegantiam sermonis desiderat, & si quid rudius exciderit per interualla, stylum excusat, In hū, inquit, faciam finem sermo. 1. Mat. 15. nū, & siquidem bene & ut historia compesti, hoc & ipso velim: in autem minus digne, concedendum est misit. Sicut enim vnum semper bibere, aut semper aquam, contra èst est, alternis autem vni, duebatibile: ita legensibus, si semper exactus sit sermo, non erit gratus.

Vides igitur authorem, quasi ex rhetorum præceptis temperare stylum, qui ut in pictura luminibus umbra, sic in oratione lumina quo magis eniteant remissioribus interdum sententijs adiungi volunt. Haccanonicus

Eloquentia  
humana  
Moses &  
Iobus vxi.

Iob c. 39.  
ver. 49.

nonius author diceret, si acerutati sermonis elegantias, atque suavitates in factis contemnendas esse diceret?

Iam te ad sacros Euangelij concessionatores adducam, age quid Paulo sublimius nihil hic eloquentiam moror verborum fuis illatam, & vanissimo periodicularum ambitu tinnientem, volo grandem, praeelsam, & heroicis sensibus exaggeratam, quid hac in parte Paulo defuit? quem longe aliter, quam ille, Periclem, tonare, fulminare, & permiscere concionibus orbem terrarum dixeris: videas illum hominem μυρμεχθεον modò Iudeis, modò Græcis, modò Romanis mixtum diuinorum semen vndeque spargere; si docer, nihil illustrius; si disputat, nihil eius calore pugnacis; si consolatur, nihil blandius; si minatur, nihil imperiosius. Hic Genealogista Iudeos confudit, hic ab Epicuris ruborem expedit, hic Stoicorum nationem plenam contentiose fastu ad Christianæ mansuetudinis disciplinam perduxit, hunc causam è catenis dicentem Praesides timuerunt, & ipsi ante reum palluerunt Iudices, Reges laceram penè eius penulam, & vincula complexi de regali maiestatis sede ad Christianam humilitatem sese abiecerunt. Hunc supra humanam sortem, quasi de turbine loquentem Lycaones instar numinis coluerunt. Fuit plane beatum os eius, fons ille egrediens De Paradi/o Dei, qui in quatuor erumpens flumina, totam Ecclesiam mirabilis aquarum suavitatem, copiaque respergit. At dices, reprehensus est à D. Chrysostomo Christianus quispiam, qui Paulum Platone disertorem fuisse contendebat, quod nunquam fecisset, si enim, quam in Paulo praedicas eloquentiam, vir acerrimi iudicij, & profusi in virum sanctum animi cognouislet. Errat omnino quisquis ita indicat, nam Pauli eloquentiam ubique miratur Chrysostomus, eamque ab illo, & ante miraculorum editionem, & in ipsis demum miraculis adhibitam fuisse per magnam asseuerat, verum negat fuisse eloquentiam, quam eo tempore Græci excolebant, curris dumtaxat in aliis verborum faciliuentem, sed reconditam vim magnæ mentis, que in figuris sententiarum longe aliter, quam in tellatis dictiuncularum nugis sese expromebat. Deinde longe efficacius argumentum aduersus Ethnicos esse comprobat, si dicamus Apostolos rudes, & indiferros, tantam sapientum multitudinem vicisse, quam si eorum

prædicemus eloquentiam, quæ & longe minor erat vberissimo sapientia fonte, quem suorum praeconumta mentibus præpotens Deus indiderat.

Luber post illos longam seculorum, atque oratorum serieni percensere: occurrit *eloquentia*.

tibi in ipsis adhuc Ecclesiæ cunabulis, qui viii Clementes, Ignatij, Dionysii neopagis, quorum primus variis epistolas, & recognitiorum libros eo style conscripsit, qui inflat puri annis labitur sine ullis sordibus, alter totus ardet, & inflat ignei torrentis perlaborat in animos oratione non inulta, nisi forte ut unum afferam pro multis, hec idiotæ verba existimas, & nou figurati oratoriς τῷ γράφει σαδίκῳ, ἐπειδὴ σέφαναι προσδόκα Χριστὸν τὸ θεόν τὸ δεόν τὸ αρχοντὸν τὸ χρόνῳ τὸ οὐρανοῦ τὸ σαρκὶ τὸ αὐλαῖον, τὸ κλαστόν τὸ σώματος, διηράσας τὸ άνθρωπὸν τὸ σώματος τὸ σώματος τὸ θεόν, διημάσας τὸ παθητὸν τὸ άνθρωπον, τὸ κράτος πάντα τὸν διεσπαρθένα τὸν θεομεταντίτα.

Tertius vero quasi Aquila in purissimum ætheris locum volucribus pennis submixus, nescio quid humana voce grandius loquitur, quod æternæ mentis, & Angelorum lapiccommerceum.

Vultus secundum, & expende quantus A. Athenagor. thenagoras, qui in eo mihi videtur maximè eloquens, quod minime profiteatur eloquentiam, licet adamantinam quandam orationem habeat, si sine leprore, & festinante quadam ingenuæ dulcedinis, vide num quis elegans, & disertus hunc locum attigerit, quo Deus solus adorandus, non autem mundus perhibetur.

Αλλού οὐ έτοι, αλλὰ τὸ τεχνιτεσσιν προσκυνήσομεν, οὐδὲ γράφει πρός θυμάς αφικνέμενοι οὐτόκοι παραλιτόντες θυμάς τοὺς δρόχον. Αthenag. in lugatione pro Christianis. τας, τὸ δεσπότας θεραπεύειν παρθενὸν δέοντας. p. 17. c. 18. edit. H. Sa- το, τὸ τελέσιν, ἐπὶ τῷ σεμνὸν τὸ καλαγωῆς διμονικατασεύγοσιμ, αλλατὴν μὲν Βασιλικὴν εἰσιν τὴν αλλας αγρυπνόντες αὐτὴν θυμάζοσι καλῶς ητακμεύειν, θυμᾶς τὸ πάντα σι πάσιν αὖτε τὸ δέον, & cetera, quæ grauiter admodum, & ornata differit.

Est autem pulcherrimus hic mundus, nam magnitudine cum sit excellens, ut omnia, sic pulchra omnia continet, non ipse tamē mundus, sed ar- munā.

D. Paulus,

Platone di-  
fensor.

744  
*sificiosus ille conditor eius adorandus est, ut neque vestro imperio subditi, quum aliqua reincident ut affequantur, quum vos adierint omis-  
 sis vobis dominis, ac principibus, nulloque affe-  
 sū honore, ad palatiū vestri magnificentiam se  
 conuertunt, sed ad scīcij regis tam elegantem  
 strūcturam obiter admirari, vos ipso ante, su-  
 praque omnia honorari. Verum hoc interest, quod  
 vos reges in vestrum vsum ades regias adornatis;  
 Mundus autem à Deo non indigente factus  
 est, est enim Deus sibi omnia lux inaccessa, mun-  
 dius perfectus, spiritus, potens, verbum. Siue i-  
 gitur mundus, velut organum quoddam concin-  
 num est, & numero se mouet, illum ducat  
 qui fides pulsat, & concinnam modulationem  
 accinit, non organum ipsum adero. Hec, & simili-  
 ta quæ fusiū prosequitur, non nisi à magno  
 pectore, pari eloquentia manare possunt.  
 Qui in eodem genere versatus est Iusti-  
 nus Martyr, licet non habeat illas orationis  
 sirenulas, quas inepti fortasse requirent,  
 qui hanc apologetici sermonis legem noui-  
 dent: est tamen ob facundam multiplicium  
 doctrinam, castamque robustam orationis so-  
 brieratem sapientum iudicis admirandus, nec  
 immerito à Photio dicitur πολυμαθία τε καὶ  
 σοφία προφέτους θλέτων huius discipul⁹ fuit  
 Tarianus Asyrius author florentissimi libri,  
 qui & nunc extat contra Græcos nauiter  
 conscriptus, qui licet in eo se barbaræ Phi-  
 losophiæ sectatorem (nam barbaros etiam  
 Christianos gentiles Philosophi ut Ianibeli-  
 chus, & Amelius appellabant) profiteatur, ap-  
 paret tamen ex ipso opere quam accurate lin-  
 guam in Iustini schola limauerit.*

Nec vero istis minor Ireneus Lugdunensis  
 Ecclesiæ semipaternum decus, idem Pontifex,  
 & Martyr, qui sub Commodo Imperatore,  
 & Eleutherio Pontifice vixit, & tempore Se-  
 ueri Imperatoris Martyrium consummauit:  
 cuius libri, qui nunc leguntur aduersus V. iē-  
 tinum, latine, opinor, redditi, nam Græca de-  
 siderantur, illius & eruditio, & eloquenti-  
 oa vulgaria exhibent vestigia.

Saculi ter-  
 zii doctoris  
 Tertullianus  
 Orat. Vera  
 Cyprianus  
 orator.

Perge ad saeculum tertium, in cuius stat li-  
 mite, quem merito latinorum scriptorum, de  
 Christianis loquit, antesignanum dixeris,  
 Tertullianus, qui vir, & quantus? non spe-  
 cto leuiculos orationis flosculos, quos ipse  
 aut non habuit, aut contempsit, sed miror  
 in eo torrentis ingenij vim quandam re-  
 dundantem, & pondus acerrima mentis,  
 quam maioris eloquentiae sedem possit

appellare: quamquam si quando ab heroicæ  
 illa ingenij austritate stylum frangit, in re-  
 thorum delicias, non est inconcinnus, vt in de-  
 scriptione Chamælonis, serpentis, scorpio-  
 nis, & pavonis possit agnoscere: nam vt de ce-  
 teris taccā, quid hac oratione dilutius aut fi-  
 guratius: quanquam & pavon pluma vestis, &  
 guidem de cataclisis, immo omni conchylio depre-  
 ssor, qua colla florent, & omni patagio aurator,  
 qua terga fulgent, & omni syrmate solutior, qua Tertullianus  
 caude incert, multicolor, & discolor, & ver-pallidus  
 sicolor, nungam ipsa, semper alia, & se  
 semper ipsa, quando alia, toties denique mu-  
 tanda, quoties mouenda. Ex aduerso floret in  
 Græcis Origenes, cuius viri quoties specta-  
 mus ingenium, toties facere oportet, quod  
 Persæ ad solem orientem, impiclo statim  
 ori digito silere, & mirari. Nam cuius fuit  
 secunditatis sena librorum millia conscribe-  
 re: cuius, & quan felicis lingue omnium a-  
 manuensium stylis in partuenda tam subli-  
 mi doctrina præuertere: cuius torrentis nau-  
 quam interfistere, cuius sideris omnia dicen-  
 do alta, infima, media, colluctare, complecti,  
 ascendere: Hæc causa exciuit S. Gregorius  
 Thaumaturgum, vt in Origenis lau-  
 dem Panegyrim scriberet, quam eo præsente  
 adhuc adolescens recitauit. Atque utinam  
 tantus scriptor suo ingenio liberius indulgens  
 in varios errores non incidisset, qui iustam  
 Ecclesiæ censuram prouocarunt: Quid eius  
 præceptor Clemens Alix and insu, quem pro-  
 pc Athenæum, vel Plutarchum Christiani  
 nominis possit nominare, quid fuit tandem  
 in humana sapientia quod non euoluerit, per-  
 uiderit, prouulerit, nobis ihesuus ipse factus,  
 & quodam promptuarium mansuetioris  
 literaturæ. Iam martyris pura decorus  
 rator Cyprianus, & quod de eodem dixit D. Augustinus, rotus auro, & margaritis Aegy-  
 ptiorum, hoc est exercitarum disciplinarum ni-  
 tens, quas non habet eloquentia suavitates?  
 Conte, punitur Anobius, Læantis, & qui  
 eos præcessit Faelix Minutus, Christiani no-  
 minis acerrimi ijdemque discretissimi propugnatores. Quartum saeculum ostentat in di-  
 uitiosis lacram illam oratorum triadem Basile-  
 um, Nazianzenum, Chrysostomum, supra om-  
 nem ingenij aleam eloquentes viros consum-  
 matæ in humioribus literis peritia, gradi-  
 des, copiosos, suaves, altos, sensibus, stilo vbe-  
 res, omnibus orationis diuitijs ad miracu-  
 lum usque referitos. Quorum Gregorius mul-  
 tum

D. Greg.  
iug.  
Chrysost.  
iug.  
Basil. iug.  
Aubros.  
D. August.

tus in nervis & sententijs aureæ mentis fo-  
tum limatè elocutionis structura constriagit:  
Chrysostomus totus lucidus, & fluens instar  
laetè fluminis procurrit sine salebris: Basili-  
lius medium quendam orationis charac-  
tem sequurus nec stricior est, nec solutior,  
utrimque felix, & temperatus. Quid com-  
memorem Athanasium, Cyrillum Hierosoli-  
mitanum, Gregorium Nyssenum, Caesarium,  
Apollinaris, Ephrem Syrum? quos huius sa-  
eculi pars felicibus ingenij clarus in Christia-  
næ gloria lucem mira fœcunditate pro-  
fundit? Ecce tibi ex altera parte conspicui  
sunt, nectare, & ambrosia satur Ambrosius,  
blandum facundiæ nomen, & summus in om-  
nibus artifex Hieronimus, & magna augu-  
stini mens, quem scholastici fortasse Ciceronia-  
nis innutrit verborum delicijs, haud existi-  
marint disertum, sed nesciunt ubi sit illud  
quod quæsinus decus eloquentiæ. Ego vero  
miror hominem in diseredo subtilem, in cer-  
tando inuitum, in exhortando acrem, & sibi  
instantem, in persuadendo, quod est Colop-  
phon oratoris, efficacissimum, qui mihi in eo  
videtur, eloquentissimus, quod eloquentiam,  
qua beatissimum eius pectus erat oppletum,  
minime profiteri videatur. Descende si vis  
ad sæculum quintum, & intuere Maximum  
Taurinensem, Paulinum, Seuerum Sulpici-  
um, Saluanum, Chryzogolum Ravennatum,  
Sidonium, & quos prope ultimos Graecorum  
dixeris, magno vt olim Philopæmonem e-  
logio Synesium, Theodoreum, Iudorum Pe-  
lagoniam, Aeneam Gazeum: dic Synesio deesse  
accuratæ orationis veneres, & opulentiam pro-  
pe infinitam, die in Theodoreto tantæ sapien-  
tiae viro desiderati. Autem illud exayoyov  
dizuat, quod Graeci tanti faciunt: die Iso-  
doro non incelle argutissimam rotundæ orationis  
brevitatem, dic Aeneam Gazeum in tan-  
ta disserendi subtilitate florem, & gratiam orationis  
neglexisse, refellet te statim illa disseratio, quā in Theophrasto contra Procli ti-  
diculum dogma habuit, qui rapaci, & violē-  
ti anima non in milium quidem, vt Pytago-  
ras, efformat, sed animæ humanæ milii anima  
aligata, hic facere excipiens noster Gazeus, si  
ita ejus inquit, firmamq; yfiss; equetur, quod  
res familiari gubernasures prudentes, & indu-  
strij sint ambo: Vespia Hector alligabitur, cum  
ornatam galeam habeant, & bellicos sint am-  
bo. Iam querana, & Leon una vitam agent,  
quando cunctis ambo clamorem edunt, sicq; illo

quasi lapidem cerviciū alligatum trahet. Hæc  
fauoris non est hominis indiserti. Perge in-  
fra, & circumspice Procopium, azuum So-  
phistam, Fulgentium, emodium, Boetium, Cas-  
siudorum, Gregorium Turonensem, & Papam  
Gregorium, quos supra ætatem suam dixeris  
cloquentes. Nolo te in consequentium sæ-  
culorum illuviem trahere, multi certe fue-  
runt indiserti, qui non tam eloquentiæ, quam  
ipsi eloquentia temporum fati defuisse vide-  
atur: Agunt tamen quidquid possunt, & la-  
certos mouent, si forte se ex hac infelicis sæ-  
culi barbarie vindicent. Vide n. quo spiritu  
hæc S. Hildephonsus, qui septimo sæculo flo-  
ruit.

Et de fonte nascentis virginali egressione Hildephōs-  
signato coenum martiale decurreret. Opto, contra Hel-  
uidium.  
opto, yti sepulchrum oris illius dentes ferre  
concludat, foueam otis eius immobilitas lin-  
guæ compleat: concava palati aer subductus  
euacuet, extrema labiorum aeris crassido con-  
glutinet, ne talium verborum fector erumpat, ne  
prosecutiones huius odor asperet, ne  
vel exilis sonus rumeat, ne verberatus aer ad  
infantilia verba confundat.

Audi ergo tu Heluidi, & ad me attende  
impudorate, me ausulta impudice, me inu-  
tere inhoneste, me conspice inuercunda.  
Quid impudicitia commoueris? Quid inuere-  
cundus assilis? Quid in honestus accedit?  
Quid sine reverentia occursis? Quid sine pu-  
dere vexaris? Vide conatū viri sancti, qui elo-  
quentiam non contempserunt, sed sæculi virtus  
longe ab optimo dicendi genere recessit.  
Diuis quoque Hugo Eterianus, qui & in hac  
squallentis sæculi macie vixit, in eo libro,  
quem de regressu animarum ab inferis ad sa-  
cerdotum viris Pisa clericum conscripsit, non dif-  
ficitur ipse quæsisse elymatis assertiones clau-  
sularum, & instigationes a veritas, & cerebro lucu-  
brationib; omnimod m in scribendo diligentia.  
Quid igitur? candidissime illæ animæ cum in  
media barbaria degerent, cirros, & elegantes  
quesierant: Nos, q; in hac politissimorum ho-  
minum luce quo idie versamur, eloquentiam  
contemnemus, & inuenis frugibus ad miseris  
glandes turpes, & ieunis revoluemur? quis  
nefecit aureum tete ad capiendas animas esse  
facundiam? Nam vt ait D. August. quod orati-  
o dicitur, vere dici putatur, sermo simulachrum  
est animi, & specimen ingenij, is si cultus  
fuerit, & scintillantibus margaritis distinctus,  
illectus mentes hominum ducit, rapit, & ia-

B b b b b      qualia-

Dilectores  
seculi. 5.

Demus Ga-  
zau,

Pythagora  
metemphys.  
m.

quamcumque vult partem inflebit. Quod enim delectat persuaderet, & credibile fit quae-  
quid amatur. Contra si spurcam illam, & te-  
mbarbarani sermonis illuuiem sine exquisi-  
tis doctrinæ notis induxeris in pulpitum,  
continuo solitudo sit, & vastitas in templis,  
vel quod miserabilitas est dormitio con-  
temptus, & derisus. Non n. à te iejunam di-  
uinæ legis expositionem expectant audito-  
res, quam milles audiuerunt, sed volunt do-  
ceri, delectari, moueri. quomodo? grauibus  
sententijs, exquisita doctrina, sculpro, & elab-  
orato genere orationis, quam si non habes,  
fac miraculasi non potes. Dei praefatuibus  
bonis vtere, & noli immundum existi-  
mare, quod ipse suis honoribus consecra-  
uit.

Videbatur hæc oratio omnium, qui ade-  
rant animos probabilitate non mediocri per-  
culisse, cum Theophrastus leniter subridens,  
vt soi bat, talem, (inquit) virum decebat elo-  
quentiae patrocinari, quo disertiorum hoc  
tempore scimus neminem.

Sed ne ex ratione vagetur oratio, aut quod  
vos dicitis Andabarum more clavis oculis  
pugnemus, nihil destinatum habentes quod  
feriamus, primum eloquentiam non con-  
temno, quam ex sua natura bonam, & ad  
societas humanae commercium Dei præpo-  
teatis donum mortalium generi concessum  
arbitror. sed eam nisi elaboratam, & circum-  
sonam, & manu factam in sacris præfettim  
concionibus esse debere non puto, quod si  
ratio, & auctoritas sapientum concerit, dabis  
aliquando manus Logodædale, & istam tu-  
am opulentiam foro, & sceng, non saeris pul-  
pis reseruabis.

Rationes  
longe da-  
cti pro elo-  
quentia  
sustentantur.

At que ego dum complector animo, eas  
quas in medium attulisti rationes, ad tria ca-  
pita reduci posse existimo: Nam, & ornatum  
voluisti orationem, quod ornatus à Deo, &  
mundo sit inditus, & a nobis in rebus ferme  
ornabit, etiam in faciis desideretur. De-  
inde hanc esse SS. Patrum sententia humanae  
eloquentiae curam quam diligenter haberi  
oponere. Ad summum omnes, qui superio-  
ribus sacerdotiis floruerunt, Ecclesiasticos sci-  
ptores esse quam eloquentissimos. Hæc ego si  
à te paulo liberius, & argutius dicta, vt vos  
Rhetores soletis, opposita varietate refelle-  
re, existimabo me tibi, & cæteris abunde fa-  
tis fecisse. Primum si hoc assumis naturam arte  
excolendam esse, & quicquid exquisitis ar-

tium inuentis addi potest ad naturam, hoc Ornatus  
omino decre, tota quod aiunt aberrans via. *moderatio*.  
Nam in rebus fere singulis medioarem cul-  
tus rationem lapientes probant, exquisi-  
tas vero artum, quæ infinitæ crescunt in *Vestitum*  
dies munditias, quis omnes laudare possit, *sui*.

aut admirere. Quod non hirtis pellibus, aut  
folijs in hac ciuitate vita induimur ab arte hu-  
mana est, quæ tingendorum vellerant ratio-  
nem, & aliquam vestis concinnitatem pru-  
denter adiuuenit (quamquam melius nudi, &  
sola innocentia tecti, vt primum sub oculis

Dei constituimus, fuissimus) hæc criminis pe-  
na fuit, vt uestes quererentur, mox abiit in  
*Vestitum*, copijs luxui, & lupanaribus pro-  
ludere. Quid igitur uestimentorum elegante  
quamdam & sobrium honestatem ars com-  
menta est, tu iubebis Lipientem in hoc gene-  
re querere quicquid ars nouis quotidie in-  
uentis lasciuens struere poterit. Iubebis pi-  
cari uestitum, emedicare vellera de mari, que  
muscosæ lançitatis lauiores conchæ comit.  
Iubebis à Seribus Bombyces petere, succi-  
he. b. rum, & concharum alieis lanas inco-  
re, de Draconis frontibus, & piseum cere-  
bris, gemmas vñari, vt sericatus, armillatus,  
chlamydatus prodeat in publicum, hoc si ta-  
cias, tantum demes honestati, quantum addes  
libidini.

Iam natura eam dedit decoram in fo-  
minis, blandam in pueris, in viris honestam,  
ars pectere docuit, & attondere, ne fordes, &  
horrem contraheret: hoc tibi non sufficeret,  
sed quidquid malorum artium commentis in-  
struendo capitulo poterit reperiiri, hoc erit tuo  
capiti superaedificandum, querendæ erunt  
capillatura stractrices, eundum ad securum,  
& ignem, ne quid cuspando desit. Ex ultima  
Arabia transiuebendi odores, quibus capillus  
perpluat, aspergendas puluere, & croco, &  
lxiiuorum non uno genere, etiam exuia  
capitis alieni forte immundi, & nocen-  
tis adhibenda, quibus suageas; Absit ut artem  
exerceas, hoc naturæ, & honestatis disper-  
dio.

Quid in virtutis explenda famis necessita-  
tem parabilis etiam cultus ornauit, laxandæ  
erunt ventri habent, & fectandum quicquid  
helluorum ingeniosa in suam pernicem cu-  
piditatem commenta fuerit, vt noua quotidie  
condimenta, languentis gulae irritamenta ga-  
stum uiuent, vni palato coquorum, & ser-  
uorum iudicis exercitus, vt in yngm spirantis

mortui sepulchrum terræ, & maris, celi etiam  
spotia Proh pudori gerantur.

Nemo hoc fanus dixerit, nemo censuerit,  
ari quicquid modo cogitat, permittendum,  
nec vltis rationis limitibus esse restringen-  
dam.

*Ornatust  
temporum  
qualia.*

Non quod de ornatu templorum dixisti,  
vide quam sit augustus, vide quam nulla in  
eo species, quæ lasciviam, & luxum oleat, quæ  
si esset, oculos proculdubio spectantium of-  
fenderet, nec ex sanctissimæ disciplinæ mana-  
ger institutis maiestatem quippe in ijs diligi-  
mus, nimis delicatam culturæ formam, quæ va-  
nitatem, & pôpas pte se ferat non probamus.  
Itaque nec aulæ profanis argumentis intex-  
ta, nec formosulas istas muliercularum effigi-  
es, nec nuda, toro saque valentissimi lectoris  
terga lubenter in sacris locis consistere vi-  
demus. Ipsamet structura, ipsa templorum  
supplex suam quâdam formam habet à popu-  
lari, profanaque distinctam, quam si curio-  
sulus aliquis ab hac specie humana augusto-  
re, in leuiculas elegantias deformare vellet,  
nemo patetur. Age enim cum veneranda  
Beatae Virginis imagine coniunge Danaen a-  
liquan, in cuius simum porrectum, & nudatum  
aureo imbre stillans Iupiter desiliat: Infer  
Pauli statuç Hercule, Antæum prehenso ma-  
nibus iugulo præfocantem, pingue cum Chri-  
sto Orpheum, ad tuus mellitissimas fides, &  
aues celo meantes, & sparsæ per terram pe-  
cudes uno agmine concurrent.

*Qualia  
musicæ Ec-  
clesiarum.*

Quis non succensabit? quis non indignabi-  
tur? Musicam certe, quam ex scenis memoras,  
conuiuisque in templo translaram non nisi  
seriam, & grauem volumus, in quo, & religi-  
osiores aliquanto veteres fuerunt quam nos  
ipsi sumus.

Audi enim quid de ea re Iustinus Martyr  
habeat, qæstione centesima septima, cum in-  
terrogatus de ea, quæ Christianorum Ecclesi-  
as decet Musica, responderet.

*Iustin. p.  
107.*

Où τὸ ἀστοῦ ἀπόκειται τοῖς νηπίοις ἀρμό-  
διον, ἀλλὰ τὸ μετά τὸ ἀρχύσαν οργάνων ἀ-  
στοῦ, καὶ μετὰ ὁρχήσεως, καὶ χροτάλων, διὸ οὐ  
ταῦτα ἐκκλησίας προσάργεται ἀλλὰ τὸ ἀστοῦ τὸ  
χρυσις τὸ τούτον οργάνων, καὶ τὸ ἄλλον τοῖς  
νηπίοις διτελεῖσθαι, καὶ ὑπολέπεισθαι τὸ  
ἀστοῦ ἀπόκειται οὐνει γέρο τὴν φυχὴν πρὸς τὸ  
οὐτα πόνον τὸ οὐτα τὸ ἀστοῦ στιν ηδομένην.

Vides ut affectas Ethnicorum schenis fides,

cantusq; inanimorum organorum cum saltationibus, & crotalis ab Ecclesia perpetuo exulta-  
re velit, quod hec mentem emoliant, & ef-  
feruescentes cupiditates irritent: contra cantu-  
simplicem sine fuso, & tot vocularum infle-  
xionibus relinquit.

Faciamus idem in eloquentia, & tot veibo-  
rum, ac periodorum phaleras, & quicquid mo-  
do est fucatum valere iubeamus.

Contra vero venerabilem quandam ser-  
monis, & operum sanctitatem retineamus.  
Neque enim aliud sancti Patres voluerunt,  
quos tu ad sententia tua defensionem quasi  
exterarum disciplinarum studiosissimos pro-  
tulisti.

Philosophia scilicet, & Rhetorica, cetera-  
rumque artium documentis adolescentes non  
leniter intagi, sed etiam imbui oportet, par-  
rum disci-  
plinarum  
Humanis-  
Humanis-  
rum disci-  
plinarum  
tempus, &  
modus quis  
sequentis æti curas emanet. Hoc a te citari  
esse debet.

Basilius, Gregorius & Augustinus diuini  
homines censuerunt, & nemo sine negat. At  
vero si iuuenes postquam vel in rhetorum  
schola, vel in Philosophorum Lyceo posuer-  
unt rudimentum, ethnicis adhuc calentes  
documentis, ascendant in pulpiture, & plena  
(quod aiunt) manu pro Isaia, & Paulo incipi-  
ant Aristotelem, & Ciceronem plebeis e-  
tiam auribus propinare, nemo certe hanc  
insolentiam sermonis æquo animo feret, ne-  
mo. Hæc enim didicerunt non ut plenis fau-  
cibus in concionibus cruxarent, sed ut gra-  
uiores disciplinas his condimentis leniter af-  
gererent; eduxerunt ex aliena gente pedis-  
quas, non ut ipse dominarentur in clero, sed Simile.  
vt seruirent. Nam, qui musicam discunt ora-  
tores, aut saltationem gymnici, non ea lege  
faciunt, ut illi quidem in pronuntianda ora-  
tione plena voce canere incipiant, aut hi si-  
mul atque scandala transiluerint, leuisimis  
gesticulationibus populum muleant, sed  
alij ad inflexiones vocis, alij ad flexus corpo-  
rum hoc sibi præsidium corparant, ex quo nō  
musici quidem, & saltatores, sed oratores,  
& palestritæ, & sunt, & habent volunt: fac-  
simile tibi proponas in sacris oratoribus,  
discunt quidem a pueris disciplinas quas vos  
mansuetiores diciris, non ut aperte plebeis,  
vel etiam doctis hominibus hæc obtrudant  
in pulpitis, quæ, & morosa sunt, & ostend-  
tationem habent Yanitatis non mediocrem.

B b b b b 2 sed

Sed et ijs condimentis aspersa leniter oratio, gratior emanet in publicum.

Itaque, & prudentiores hoc ita sensim, & subtiliter faciunt, ut vix appareat, nisi forte auribus admodum eruditis: At vani, & leues, vel etiam imprudentes non nihil, dum volunt, abundantius infercere, totam orationis grauitatem, uauitatemque dependunt.

Idem enim in ea re mihi contingere videtur ac Mandragoræ vinique mixturæ: quippe vitibus (ut aiunt) affitus Mandragoras, yinri quandam, & suavitatem vino subtiliter infillat, quo sit, ut qui bibunt animaduertant se recenti quadam genere, voluptatis, delectari, sed unde sit nesciunt.

At si quis hæc vini, & Mandragoræ vicinia non contentus, succos herbae illius alioqui mortiferæ calici indere, atque propinare velit, non iam voluptatem, sed detrimentum est allaturus. Sic, qui moliores, scientias cum Theologia copulant, delicato quadam, & minime aperto, prudentie condunero, pectus deliniant, qui secus faciunt, obtundunt, & naufragam parvunt. Et hec ars mihi quidem videatur SS. Patrum & aliorum quos tumulatè commemorasti Ecclesiasticorum authorum, Moysem, & Iacobum, & Isaiam, & Dauidem, & Paulum, & ceteros eloquentes dicis, & recte quidem dicas, sunt enim, sed non eo genere quo, vestrae scholæ soleant eloquentes appellare, quamquam Demosthenis, ac Ciceronis omnia, myrotheia superarunt. Atque utiam hanc eloquentiam magis quam Philostrati alicuius, aut Callistrati, qui juuenijs in Theologicis, volunt, imitarentur, mūsus laboraremus. Vis autem stenus Patrum quam tanopere laudasti eloquentiæ, atque iam res est, talis, quippe oratio Christianos decet, non putida, & nitide fluens, & colorata, sed vis quædam ineluctabilis, victrix, triumphatrixque animalium, qua nihil est in rebus humanis impetrans.

At vos, qui hæc laudatis vestris moribus, & ingenij tempore utimini, si quando, enim, vobis res diuinæ tractanda sint, tantum absit, ut facultate quadam orationis mediocriter contenti, pensiculare, soleatis cunctas vocalulas, examinare, numeratis apices syllabarū, cauetis ne quid hiuileum, aut proterium, excidat, contumaces syllabas assidue punice, leuigatis, denique in eam eloquentiam, cum vestris phaleris prolapsi estis, ut pudeat vos Do-

minum Iesum Salvatorem appellare. Sordent vobis Ecclesiastica vocabula, quæ iam per ror Putida-Læ. saecula à sanctissimis viris sunt usurpata. Trigode dilo. nitatem, baptismum, & missam quætitis a- rum elo- pud Tullium, si non inueniuntur, quidlibet quætitia potius per longos verborum circuitus inue- qualis. nitis, quam sicutum sicutum, & sepham sea- pha, appelleris. Quenam malum est ista elo- quentiam inimica veritati? Quid dicam de tot dictiōnum figuris minutulis illis quidem, & sāpē nullis, quibus ad naufragam distinguuntur orationem, quid de quadrigis albis, vestris, inquam, periodis (sic enim audio, iam appellari) fluunt, vobis ad numerum eruditati verborum ambitus, sc̄tissimis clausulis comprehensi, quidlibet perpetrandum potius, aut ferendam, quam vna periodus de suo curriculo excidat. Adie alijs ingeruntur totæ ductiles, vel potius è torto recentes, quæ putidam, & anxiā vestram diligentiam vel ta- centibus vobis argunt.

Accedunt tot excusiones, tot descriptiones, tot historiæ, ab extrema sāpe India pe- titæ, tot ignotæ belluæ, tot flores inuisi, tot gemmæ, non magis indigenis, quam vobis note, que cum mysterijs nostræ religionis conseruntur, vbique quanto frigore nondico, sed nihil aiunt in Rhodopæis niuibus esse fri- gidius.

Quid est in Sanctis Patribus sine ille? quid adulterini? quid fucatum? quid non ex optima disciplina, profectum: obiecties credo Theodoretum Græcorum Philosophorum testi- monijs, Clementem Alexandrinum, antiquiorum lectissimis observationibus, cīle re- fertum?

Eanimuerò præclaræ est obiectio, an si illi qui contra sapientiam Ethnicorum peculiare certamen suscepserant, omnia gentilitatis culmina lustrarunt, & bellum suis eductam latibris, sectatoribus ad derisum ostendebunt, vobis idem apud Christianos licet: Iāmoni, loues, & Glauci, & Portumai, silent Pythagoræ, & Zoroastres, & Democriti, nemo de puluere eorum memoriam excitatur est, quid habent cum Christianorum pulpitis communè? an quia apud Athénenses paganos homines, & his nutrimentiis affuctos Paulus semel dixit Deo yiras ēxūp... Quomodo  
a. S. Patri-  
bus profa-  
nare imo-  
nia fini u-  
surpata.

Ideo cum Christianos alloquemur, licet poëtarum testimonij totas infercere paginas, hoc quidem mali moris est, & exempli. Sum in manus homilias Augustini, sume Leonis, sume

sime Ambrosij, vide qua sanctitate, quam miti candore, sine fuso, & calamistris tota incedat oratio, ut vetus matrona tam nihil puerile cogitans, cui grauis ipsa simplicitas profusa est. Reuocas me ad patres Graecos.

*Cur picta  
bonum  
quam hila-  
nus video  
tur P. elo-  
quentia.*

Nazianenum obtendis, Basiliū, & Chrysostomū, non ero usquequa pugnax, & cootentiosus, fatendum est enim ab ipsis multo plerumq; dici floridius, sed quo prudenter, & sanctitatis condimento, nemo nescit.

Elorehant ijs temporibus, quibus Julianus Imperator Apostata nomine notior, mansuetoribus litteris Christianis interdixerat. Piaculum erat fidelium sobolem in publicas eloquentias scholas admittere: Verabantur literae, quas Deus tamen voluerat omnibus esse comunes, exagrabantur tota Graecia Christiani, ut magnarum artium imperiti, & id quidem non iniquo animo cerebant, sed tamen, ut ostenderent hanc gentilium sapientiam, à se potius contemni, quam ignorari, exorti sunt viri, qui fratrum Christianorum filios erudiendos suo exciperent fini, qui scriberent orationes paulo hilariore pictura, qui versus etiam conderent, ut eo spectante, & fremente, qui se Daemonis satellitem praebebat, Christianorum ingeniorum victrix triumpharet eloquentia. Deinde multum referre arbitror, quid & apud quos Sancti Patres dicant, an etiam eodem tenore, & filo dixerint quo scriperunt, valde dubito.

Quædam argumenta tractari volunt amœni, non nunquam etiam ut sc. cumulatiore fructu fastidiosis auribus inserviant, honestum quoddam sumunt aequipum incunditatis. Quæ dieuntur, naturali fluunt impetu; quæ scribuntur, impeniore cura saepius elabrantur; Patrum scripta legimus, viuam vocem non audimus: Quanquam & omnia, quæ elucubrantur monumenta, hanc habent dicendi temperiem, ut uis quam non spirent gravitatem quandam castissimæ: maiestatis. Illi, illi sunt igitur verbis imitandi, non lachrymæ Niobes, aut Aiacis furor, Charis, elææ suspiria, vel etiam si vultis Plinij iunioris, & Hippocratis pigmenta.

*Concionum  
Stylus non  
debet esse  
mollis, &  
pulitus.*

Bonorum (inquit) D. August. ingeniorum clara est indecorum in verbis, differentium verum amare, non verba. Quid enim prodest clavis aurea, si aperire quod volumus non potest? aut quid obest lignea si hoc potest, quando nil querimus nisi patere, quod clavum est...

*Non sunt hebraæ, sicut Egyptiæ mulieres, ha siquidem in lectulis eburneis inter stultas delicias paribant, illæ in sole, & puluere penè inter ipsa onera partu se leuabant. Nescit tarda molimina Spiritus sanctus, non sunt ut Dionis Prusæ, & Maximi Tyrij Christianorum conciones. Illæ inter deliciorum umbras putide scribantur, & anxiæ, repant in auro, & purpura, comantur, fulgeant, scintillent.*

At nos quibus æstus diei, & pondus serendum est, quibus crux, crux (inquam) praedicanda, quibus, toti perfidae criminibus immersi peccatores excitandi, pungendi, fulminandi, quid habemus cum ipsis delicijs commune. Num satis quotidiana compertum illud: habemus experientia, si quando ad istos concionatores, vel declamatores potius, itamus, qui culte, & putide, & circumspetè loquantur ad numerum, quæ ex scripto didicrunt, redimus frigidi, quasi à marmorea statua.

Qui posset enim pugnare cum vitijs, quæ totus vincetus est, & adstrictus legibus numerose orationis quos impetus, & emissio-nes habebit, qui ludit in circulis, quæ vulnus imprimet, qui aureis, & picturatis virtutis iaculis non venit ad pugnam, ad pom-pam venit, expectatis ut dimicet? venit ut saltet.

Qui in grauissimis curis, & cogitationibus exsudare debuerat animus, & alarum re-tores molles, migis, in celum contendere, inclusus fuit, & pusido-ybinius pudor est dicere, in parua Hippocratis exagitans. pixide, quid tum totus volutatus est in vnguentis: quorsum? ut pugnam aduersus hominum flagitia capesceret: præclaræ seilicet armaturæ. Quid postea? descendit in campū, quo exiit? leuissimum vanitatis cymbalum, nescio quid tinillum increpuit, & excessit. Vt inam minus vera dicarem, sed animarum damno experimur, quam minimè fucata sit hæc oratio.

No, ne grauiora studijs his minutulis nungis obruantur? num obfessus animus tenteretur? num lingua constringitur? num auditores ipsi, qui multi saepè sunt, hebetes ad istum tinnitum dormiunt? numne, qui improbi, & leues modice titillati, sine fructu animarum discedunt. Venisti in aciem, quorsum? ut luderes, num poteras domi? licebat tibi apud rhetores desidere, & linguam si maus inaurare, nunc ferrum exercendum est, quid stupes?

Bbbbbb 3 amice.

amicus ad quid venisti, ecce vixit pueritia, ecce famae, parvuli petunt panem, non est, qui dividat, tu paleas obrutus, paleas Aegyptiorum. Venisti in valetudinarium, ille ambitionis, hic avaritiae, alter luxuriae, sceleribus, & flagitiis totus cooperatus, crosus, purulentus, celo, & terris fæceret, vredus est, secundus est, sanandus est, tu barbiton pulsas, quasi vero his cantilenis possis hæc. De monia ejusce: Discedunt illi miseri in suis malis stupidi, & plaudunt tibi quasi concinno admodum oratori, qui non clamosus sis, & vt aiunt, rabiosus, tu interim dulcem veneni sorbitum culam eibis, & te, & alios in discrimen interitus adducis, en quod humanae sapientiae nimis impensa cura mentes obsecras rapis. deinde hæc non sunt timenda, non sunt increpanda? Audi quibus censuris totam hanc dicendationem Orthodoxi Patres condemnent, quando & eorum testimonijs, quæ tu pro tuo arbitrio interpretatus es, mecum egisti, non ero in ea re nimis tenax, quo minus tibi, & certe satisfaciam.

*Sozom. li. 1.  
6.8.*

Legisti opinor apud Sozomenum Triphylum quendam Ledrensum Episcopum ex eo disertorum genere fuisse, qui singularem habent delectum verborum. nec temere quidquam nisi ex castigatis authoribus dicuar, hic verebatur ἐργάσσεσθαι dicere, quod verbum nusquam opinor apud Demosthenem legerat, καὶ μέτα οὐ igitur appellabat. At generosus ille Spiridion vir antiquæ simplicitatis in amplissimo Episcoporum cœtu delicatum oratorem grabbatum iussit pronunciare, addeus cum non esse meliorem, qui grabbatum dixisset, quod eius verbis vii erubesceret, οὐ σύγχρονος ἀμείνων τὸ κράββατον εἰρηκότι, οὐ τι τῶς αὐτὸς λέξεστιν ἐπωστρόνη καγρῆδαι, Nū verò Paulus prædicacionē suam fuisse dicit, *Ries. in ep. ad Eph. c. 4.*

*Non in persuasibilitibus humana sapientia verbu, sed in ostensione spiritus, & virtutis, quod & Hieronymus interpretans agnoscat conciones Pauli absque Rhetorici nitore sermonis, & verborum compositione, & eloquij renuante, quanquam absque hoc choragio tonitrua, & fulmina non verba spargere dicitur. Audi quid Athenagoras, quem tu laudasti, de Christianorum dicat eloquentia, οὐ γὰρ Κόγον διαμνηστέος, οὐλα πράξεις ἀγαθός, ἐπιδεικνύθητι. Neque enim orationes compositas recitant, aut annumerant verba, sed actiones & honestas, & virtutum exempla.*

pla de se præbent. Audi quid suauissimus Cypr. ep. doctor Cyprianus. In iudicij, in concione pro ad Donat, rostris opulenta facundia volubili ambitione iactur. Cùm de Domino Deo, vox est vocu, pura sinceritas non eloquentia viribus nititur ad fidem argumenta, sed rebus. Denique accipe non dijcta, sed fortia, nec ad audientias populari illecebram culto sermone fucata, sed ad diuinam indulgentiam predicandam rudi veritate simplicia. Quid Theodoretus, quām Theod. devenisse Græcos irridens, qui te eloquentissimi nisi homines putant, cum dixerint, μᾶς τοὺς δεούς μᾶς να τὸν ήλιον, exclamat, Αλευτικοὶ σολοκιστοὶ τοὺς Ἀττικοὺς καραλελύγοστούς λογισμούς. Piscatorum Solocifimi Atticorum viceunt Syllogismos, ad summum non esse Christianum ostendit, Βερενεθοι ἐπὶ τὸς λόγους κομματικῆς τεχνῆς πεποικιλμένους.

Quid Arnobius Rhetor alioqui satis phaleratus ingenuè quod est fatetur, nunquam veritas sectata est facum, neque quod exploratum est, accertum circumduci se patitur orationis per ambitum longiore: collectio-

*Arnob. ad  
urb. gent.  
l.1.*

nes, & enthymemata, definitiones, omniaque illa ornamenta, quibus fides queritur assertio, suspicantes adiuuant, noua veritatis linea menta demonstrant. Hunc eloquentia fucum disertè Claudianus Mamertus incre-

*Claud. Ma-*

*mert. l. 1. de  
statu anima*

ps. & verborum, atque arte fucata dicendi ratio, ad diuinas caulas aditum non haberet, in laude A.

idcirco Petrus Damiani disertè moneretur. Nazianzenus res Christianas floruisse dicit, cum superflua hæc & verborum, atque arte fucata dicendi ratio, ad diuinas caulas aditum non haberet,

*Petr. Dam.*

*ad Bonifacium, noli prurientem mordaci eloquij sperare saljuginem, noli accurate urbanitatis querere cium easfi-*

*dicum.*

*venustatem, oīnīa tibi simplicitas placeat, que ad Deum prouocat: non serpentina calliditas, que lethale viru instillat. At D. Hieronymus Hiero. in acerbè queritur, & succenset concionatori. proem. l. 1. bus, qui fucata eloquentiam inducent in epi. ad Gal. Ecclesiis.*

*Vide etiam*

Iam enim in Ecclesia ista queruntur, o Prosp. l. 1. de missaque Apostolicorum simplicitate ac pu- vita con-  
ditoria conuenit, ut oratio artis Rhetorica temp. c. 2. fucata mendacio, quasi quædam meretricula procedat in publicum, non tam eruditura populus, quam fauorem populi questura, & in modum Platerij, & tibi dulse canentis sensus

sensus denunciat audientium, ut verè illud  
Prophetæ Ezechielis nostris temporibus pos-  
sit aptari dicente domino ad eum. & facta est  
eis quasi vox ei haræ suave canentis, & bene  
compositæ, & audiunt verba tua, & non fa-  
ciunt ea.]

*Chrysostomus  
lib. 20. in  
dila.*

Idem carpit Chrysostomus. & hac redicit sub-  
uerti Ecclesiæ, quod auditores velint audire  
sermonem non qui compungat, sed qui oble-  
get, & tianulo strepitu, & verborum compo-  
sitione, tanquam citharædis, & cantoribus  
operam darent, & prauo populi studio conci-  
onatores obsequerentur. Demetrius Phalere-  
us vi Eusebius Pamphilus auctor est, & à  
Theopompo audisse affirmavit, nonnullios  
cœpisse quædam ex sacris Hebræorum literis  
transata, Græcis lenocinijs expolire, eosque  
repentius conturbatione perculsi Deum o-  
rare, ut scirent, unde hoc maius contigisset, tū  
responsum in somniis, quia res diuinæ fuso  
eloquentiæ inquinarent. Adde, & rauissimum  
Origenis locum. Homili in Iesum Naue Mu-  
ltus decor est in verbis, & nulta in Philo-  
sophorum, seu Rhetorum sermonibus pul-  
chritudo, qui omnes de iustis sunt Hierico,  
id est, mudi huius hominis. Vide ne te decipi-  
at fulgor operis, ne te rapiat sermonis aurum  
pulchritudo: memento quia Iesus anathema  
iussit esse omne aurum, quod in Hierico fu-  
erit inuentum.

Sed quid ego sancta, & diuina commemo-  
ro, ipsi qui poëticas orationes scribunt, ita  
plerumque sumi à fuso, phalerisque  
verborum alieni, ut magis exiles, quam compiti vi-  
deri velint. Philosophi certè antiqui hanc sibi  
legem diceundi statuerant, ut calamistratam, &  
ex nescitis verbis in contextam globulis  
orationem, tanquam Philosophie graui-  
tati contrarium summopere declinaretur, nam  
vt ait Seneca Oratione vultus animi testis, se circu-  
fensa est, & fuit ta, & manufacta, ostendens illa  
quaque conesse yncerum, & habere aliquid fra-  
di, non si ornamenti virile coniunctus. Ma-  
nebat igitur quod placere sapientibus video, nō  
oportere omnino ieiuna esse, & arida, quæ de  
rebus sacris dicuntur. Neque enim pieras in-  
geatio renunciar, multum tamen opere impé-  
di in verbis non oportet. Hæc si propositum no-  
stri summa, quod sentimus loquamur, quod  
loquimur sentimus, concordet sermo cum  
vita, ille promissum suum implevit, qui &  
cum video illum, & cum audias idem est, vt  
dixere dicit Seneca.

Sunt ista quidem, ut dicas, inserti Laetus,  
sed quando co vlique deuenimus, non patie-  
mur te à nobis diuelli, antequam plenus de  
charactere huius quam querimus eloquentiæ, & sacri oratoris virtutibus ediferas. At  
Theophrastus, nihil inquit, blandæ isti vestrae  
importunitati denegandum est. Itaque si rem  
non possum, emetiam voluntatem, & id qui-  
den cumulatiore mensura.

Erexerant se omnes ad audiendum eum  
Neanias gaudio subtiliæ visus est, & nunc in-  
quit, Mercurij virgulam, vel potius auri ve-  
nas mihi video inuenisti, si ex te eoram au-  
dire licet, quæ fligrantissime semper concipiuntur. Tum Theophrastus. Quorsum vero, Ne-  
anias, tanta te huius rei incellsit cupiditas. Egò  
vero (inquit) non cuperem rem plane glo-  
riosam qua effectuara est, ut mille oculum lo-  
quentem spicent, mille autres ex meo ore pen-  
decant, quæ parat simul, & tuerit amicitias, a-  
sefecit homines, totas vilæ, & provincias  
amplectitur, non cuperem egò rem, qua nihil  
ad utilitatem commodius, vel ad dignitatem  
amplius in literis humanis video. Ad hæc  
Theophrastus generosa ut solebat indignatione exclamauit, O curu in terras anima!  
Tu i, itur concionatorem tibi singis quasi ali-  
quem ex minutis caufidicis, qui yænetur ru-  
miculos, qui ventiletur in concionibus, qui  
leges vendat, lucrosam denique, & sanguina-  
riam exercet eloquentiam. Praeclera scilicet  
species concionatoris, quem ament boni,  
timeant improbi, honester Deus, ipsi reue-  
reantur Angelii, dignus piane agonista, qui  
crucem ferat, qui frementis in se mundi pon-  
dus excipiat, qui intercedat iniquitatibus  
hominum, infectum reddat quidquid fieri  
non oportet, velocissimi sideris more v-  
trunque orbem lustret, qui cum squallore,  
inedia, & aerumnis luctetur, ad summum suo  
cruore cum opus fuerit fidem fanciat. Ego (adolescentes) optimum concionatorem dua-  
bus maxime rebus niti existimo, virtute &  
sapientia, quod cum parum considerare non  
nulli perpendant, ab ipso impingunt limine,  
& rotunditate grauissimis merguntur exori-  
bus.

Videre enim licet istos leuiculos declama-  
tores, quos pruritus ambitionis propellit in  
pulpita, quid putas eos sibi animo fingere,  
aut mortuati sunt ad concionatorum mu-  
nus, vt boves ad clitellas, aut ad sambucam  
colones, quippe ætate adolescentulus, & gra-  
uissima

Conciona-  
tores leues

ex aguan-

tur.

uissimorum curarum expertes, intra lusus, deliciasque nutriti, si ab incude doctoris umbratilis adhuc recentes duas aut tres descrip- triunculas, & totidem conquesiones, aut miserationes didicerint, statim inuolant in o- nus ipsis Angelorum humeris formidandum. Tum eunt in syluam allegoriarum, sine dele- atu folia colligunt, locos communes deuo- cant, & si quid ex Ouidij Metamorphosi, aut antiquorum Romanorum rebus gestis ad fi- dei nostre sacramenta detortum est, hoc pro anemonis haberut, succedunt margaritae Gal- licæ, que molles, & pellucidas orationis sim- brias scintillantibus radiis interstingunt, mo- do aliquot scripturæ locis leuiter sint asperse pro optima Theologia venditantur. Biblia scilicet euoluere. Sanctos Patres legere, Oe- cumenicorum conciliorum sancta, & cano- nes inuestigare, frigidorum est, & otiosorum hominum: Num longè mollius est iter re- centium aliquot concessionatorum libros com- pilare, in quibus mirifici sensus, & ex augu- stiore Caballistarum sacrario petitæ com- mentationes, quæ cum dicuntur, oracula non voces humanæ fundividuntur. Hinc homi- num admiratio, doctrinae opinio, & imperi- torum stupor. At si in bibliis, aut Patribus etendis coarsescas, quid aliud habebis, quæ communis doctrinæ choragium, quod mil- lies ante te alii dixerint, num yides nouitatis desiderio pruriere omnium auriculas, & doceros homines esse permultos qui expectent arca- na? Tu si vulgaria dixeris, solitudinem facies, & vastitatem.

His delinquentis in fraudem inducuntur miseri, & peregrina nescio quæ, quam audif- simè conqueruntur, ut fastidiosas aures mulce- ant. Non vacat tunc cum Deo meditari quid dicant, non est commodum cogitare, quomodo se in exemplar probitatis, & sanctimoniorum conformant, quomodo virtutis hominum me- deantur, quomodo consulant pauperibus, quomodo ad virtutis amorem suos auditores pelliciant. Haec enim antiqua sunt, & exole- ta, student sapientiae, expoliant vellus au- reum, nox quæ vanissime didicerunt, turpi- ter obtrudunt, & alij quidem pecuniam, alij quod leuius est gloriolarum fumo, quasi in hundinis mancipant, non dicam verbum Dei, non enim prædicant, sed animam suam, quæ his artibus Dæmon licitatur.

Tum si stererit fabula, & secundo cursu puxerint coraciores, remissius viugat ac mol-

lius, & curis quidem abdicatis inferunt se ludibrii hominum circulis, res ciuites tra- cant, publicis epulis lubenter intersunt, hic quidquid habent auctoritatis naufragia iam virtute deperdunt in scurrilibus.

Agedum expecta, ut illis messes aureæ ve- niant in simum, vt Christo lucentur animas, ut celo manipulos inferant, ut ignem spar- gant Christianorum mentibus, qui sunt in diuinis Scythica hyeme frigidiores. Hæc di- co, non vi insultem, aut nostri sæculi penuri- am acculsem, quod sancte ex omnibus Ecclesiasticorum ordinibus generosissimos habet con- cionatores, sed pono in conspectu, quæ pos- sunt eueniire, & procul dubio multis euene- runt, quorum functis exemplis sapere debet adolescentes.

Qualem igitur omisis aliorum virtutis con- cionatorem velim queritis: Is primum mihi

qui si alter Samuel adolescat in sacrario, vt à

tenebris vnguibus discat esse, Vir orationis, pri-

uquam ex erat preferentem lingua ad Deum,

leuet animam sitentem, vt ait S. Augustinus,

1. 4. De Doctrina Christiana, cap. 14. Assue- cat rationes ponere cum Deo, voluntatem

Domini exquirere, ab eorum gerendarum

consilia capere, pro bene gestis gratias agere,

ad aram recurrere, illic omnes coronas suas

appendere. Tanti sunt enim homines, quantu-

us cœlestis spiritus int̄erit habitor. Audi- mus in sacrificiis Samuelem, vel Iuuenem tantæ

fuisse auctoritatis, Vi non caderet ex omnibus

verbis eius in terram. Vnde tanta vis, & gra-

zia sermonis: nisi quia dormiebat in templo

Domini, ubi erat arca Dei, noctes dieisque to-

tus in in p̄ceibus, ex quo sibi singularem

quandam cum Deo unionem comparauit,

quæ dictis eius robur, & maiestatem confe- cebat. Sume verba vi humana sunt, quid aliud

sunt, quam aura, & ventus? At Deus, qui vt

apud Iobum scriptum est, facit ventis pōsus,

virum quamdam, & aculeos imprimet, vt pe-

cetus audientium salubriter feriant: Nec im-

merito diimus ille Isaías ne hoc magisterio

gloriatur. Dominus dedit mihi linguam erudi- tiam, ut sciām sustentare eum, qui lassus est ver-

bo: erigit manū, manū erigit mihi aurum, ut au-

diam quasi magistrum.

Magnus Doctor, fœlix disciplina, ex eo

fonte proficiscuntur clarissimæ virtutes, &

sacro oratori quam necessariæ, humilitas, &

contemptus rerum humanarum, ardentissima

in Deum, & proximos charitas, in dictis fa-

ciliusque

**Humilitas.** Hisque robur, & constantia. Necessaria est, inquam, concionatori profunda sui denissio, quia cum mula extollere soleant animos, sum nihil doctrina, & eloquentia opinione ad ingenerandam, vel roborandam superbiam arbitror esse subtilius: Nam pulchritudinem, spes, opesque humanas saepe sorti tribuimus, ingenij bona nostra esse facilius credimus, que quo magis publicani lucem ferunt, & assentatores, arque etiam admiratores habent permultos, eo promptius improvidis mentibus instillat venenum ambitionis. Dulce videtur, & decorum in amplissimo hominum cœtu vnum assurgere, in vnum omnium oculos esse defixos, cu verba, hibernus niuibus similia profundere, audientes intimis sensibus affici, pro eius arbitrio dolere, irasci, indiguardi, gaudere, placari, sperare, diffidere, in omnes partes versari, ad summū gloriosum censemur, esse (quod ille dixit.)

Torrentem, & magni moderantem frana  
theatri

Quæ nisi omnia patet luminum accepta referantur, sui impotentes animos vanitate diuident. Itaque leues, & improbi facile numinis oblitus, in profusum sui amorem communem ingeniiorum pectus prolaborunt. At egregiae mentes, quæ à tenero praeterea humilitus iecerunt fundamenta, peruidenter, quætanii ab hominibus astimantur esse parua, deinde etiam non sua, quo sit, ut reruni creatori quā largissimè refundant omnia. Solent autem has honoris umbras, & quisquilius humanas vilium ministeriorum exercitatione voluntaria pensare, ut quoties aliquid quod hominibus videtur esse præcolum contigerit, toties se vltro abiiciant ad infima, quibus maiorem in dies gratiarum affluentiam experuntur.

Quod si quando nihil opus sit, ornamenta quæ ipsis Deus plena (quod aiunt) indidit manu, in lucem oculosque mortaliū expromere, in sua se testa continet, dulci propriorum virtutum succo victiuant, & quod est a pudibetu, Claudunt Hellas, ub signaculo, quid enim aliud lunt quam stellæ tot eximiari virtutum lumina, quibus animus colluet, sed eorum signaculum & sera, & ianitrix est humilitas, quantum potest intus claudit, ne dulcisima humanarum laudum furtu subrepant; At si Charitas regina virtutum ad proximum salutem iubeat opes Dei veluti annulo consignatas explicari, tunc humilitas quam-

quam ægræ, & verecundæ dat manus.

Feruer tunc Zelus animarum, que præclarissima nota est Euagelici concionatoris animas inquam fratrum diligit, & brishi domini peculiū, pro quibus fieri cupit anathema. Omnes in eo defigit curas, & cogitationes, ut alias pelliciat, alias firmet, alias ex orci faucibus eripiat, querit in compitis, querit in carcerebus, querit in Xenodochijs, nunc in publica luce, & hominum frequentia concionatur, nunc pagos, & solitudines lustrat, ut miseram aliquam ouiculam errantem suis ipse humeris reporteret ad gregem. Quacunque proficieatur, ignem spargit, & faces, omnes omnium mentes amore creatoris incendit, & illas quidem parturit, illas lactat, illas educando promouet in firmitatem, robust adolescentiae, alias educatas, & roboratas exquisitus vestit ornamentis, omnes souet, omnes amplectitur, omnes in Domini Iesu cupit vii cibis, omnia omnibus factus in eius imitationem, qui factus est pro nobis. In similitudinem carnus peccati.

Atque cum in dies beatissimis vlnis aureos manipulos in patris familias orreum congeiat, nihil dum libi fecisse videtur, vlimos barbarorum tractus, & nouos mundos cogitat, quibus Euangelij lucem inferat, & si qua inibi cum extremis ærumnis colluctandum, hoc suæ rolas affimat. Deus noster ignis est comburens, & ministros cupit ignes, recte lelentes lapis ortus a luna impressam retinet lunæ effigie n, & ipsæ apes, quæ ex Tauri cadauere emergunt Taurini capitis imagunculam delicitissimis (vt aiunt) lineis inuitam gerunt in viscerebus; Sic ab illo igne producti concionatores ignem retineant in pectore, & per omnes terrarum plagas diffundunt. Hęc eximie charitatis exempla in beato Patre Ignatio ad viuum expressa licet intueri. Nomen eius erat ab igne, ignei, & celeres virtutis motus fuerunt, ecce tibi à castris transit ad Dei militiam, quis ardor in ipsis instituti incunabulis, qui ignes Manrezæ, qui in Monte Sarratofuerunt, incendit Hispaniam, penetrat in Galliam, horribilibus circumvaluit, a custodijs Turcarum regna charitate complectitur, peragrat Syriam, inflammat Italiam, instruit Belgium, munit Germaniam, ultimas meditatur Orientis regiones, quod pedibus non potest confidere, capit affectu; Quid deam de eiusdem socio Beato Xauerio, non insanis montes, non turbulentissimæ tempestates, non

Ccccc maria.

maria, non monstra, non æternus infensarum  
plagarum rigor, non incultorum tractuum  
squallor, nulla cœli, aut soli, tam fœua, &  
truculenta facies, nullus, aut ærumnarum,  
aut feruturis, aut crudelissimæ mortis me-  
tus incitatum semel a Deo industria cursum  
retardare potuerunt. Hoc zelo si qui ducun-  
tur concionatores, non est quod diu & solli-  
citate querant verba, quibus loquantur. Nam  
caleulus ille i[n] nitus de altari sumptus, quo v-  
ni s ex Seraphim Isaiæ labia purgauit, corun-  
dem linguam preparat, & accendit, ut loquā-  
tur ignes & fulmina.

Isai. 6.

Fortitudo  
& const.Paulo aliter  
Philo in al-  
leg. leg. p. 9.  
edit. Col.

Accedat autem oportet ad charitatem for-  
titudo, quæ à Diuo Ambroſio eum Tygi flu-  
vio comparatur, qui paradisum deliciatum  
Dei perennibus aquis irrigat, atque vt iste  
fluviorum omnium velocissimus sonitu ma-  
gno, cœſuque fertur, ſic illa mirabilis pernici-  
tate in Dei voluntatem rapitur, & obſtantia  
quæque proruit, arque demolitur, ſerpit au-  
tem duobus veluti brachijs impetens, atque  
completens omnia. Primum enim ubi ani-  
mam concionatoris inuauit, patrem illam in-  
ferorem, quam ſenſum appellant, cœcam,  
impotentem, muliebrem, rationique conſilio-  
que inimicam, comprimit, fngit, componit,  
ad ſuam arbitrium versat, & hæc in quam-  
cumque partem Dei imperia propende-  
rint.

Cauet maximè ne libido molliat, ne ful-  
gor honorum perstringat, ne ad reculas hu-  
manas deprimat avaritia, mox hominem ita  
confirmatum iſtigat, ut manum mittat ad  
fortia, vt in agro Domini quicunq[ue] obigerit  
excolendo generose, & pariente defuderit, ne  
frangatur laboribus, ne conniveat in flagiti-  
js, ne blanditijs cedat, ne terreatur minis, ne  
potentiorum libidini ſervilicet ancilletur, ſed  
pro fide, & iustitia, pro domo Dei, pro Eccle-  
ſia libertate ſet quasi murus adamantinus,  
cui Deus dicat per Hieremiam: *Dedi te in ciuitatem munitam, & columnam ferrream, & in murum aeneum super omnem terram,* ſauiant  
licet grandines, voluantur fluctus, p[re]cipi-  
tentur torrentes, in perpetuo ſereno erit, hoc  
aduersus eum poterunt calamitates, quod ad-  
uersus ſolem nebulæ. Hæc autem heroicarum  
virtutum ornamenta, non ſtatiu[m] perducun-  
tur ad culmen, ſed diuinis excoluntur virtutis  
laboribus, quanquam ſemina quædam eorum  
animis, quos ad id munere vocavit Deus à te-  
neris inſperfa licet agnoscere.

Soror virtutis quam in concionatore re-  
Concion-

quirimus, eſt sapientia, multiplex ſelicet re-ſipient.  
rum tum diuinarum, tum humanaarum ſcien-  
tia: in hac enim parte Logodælo lubens, vo-  
lensque aſſentior. Neque ego iſum, qui hu-  
manas ſcientias ſuau[er]i prudentiæ tempera-  
mento conditas repudiari velim, quas fan-  
tissimi Patres ſuo caleculo probauerunt. Tra-  
dantur ſanē pueri Grammaticis, vt tenera de-  
dolentur ingenia, imbuantur ab optimis Rhe-  
toribus, a quibus dici non potest, quantum  
gratiæ & floris emanet in ſtudia, quæ omni-  
no muta eſcen & inanima, niſi viſ eloquentiæ  
inſpiraret; Terantur etiam caſtiores Po-  
et[us] à quibus, vt ait Theophraſtus, ſublimitas  
in verbis, decor in personis, motus in affecti-  
bus, & quod animorum conciliatrica res eſt, que cū nullā  
illecebroſa quædam iucunditas peti ſolet. Ex artem atti-  
currantur demum ſtadia Philoſophiæ, edificerint, & in-  
cantur aculeati Dialectoricum lufus, & reu[er]gen-  
tia genioſa ſp[irit]u naturaliū multipli cauſarum nexus con-  
tanti, cōp[er]a. uoluta ſeries, & quicquid ſupra naturam ad  
cauſarum fontem, & principium propius ac qui cū nullā  
cedit.

Volvet ingenij vigore inclyta per illam  
antiquorum Encyclopædiā adolescentia, re-  
non abnuo, non vere, ſed ea lege, ne libi iſtos  
ſcientiæ terminos ad concionandum prefigos  
puter, ne pro Eſtre pedissequas, capiat, &  
quod manuſlæ (vt ita dicam) loco nonnum-  
quam adhibendum eſt, id pro ſolido ingeren-  
dum p[ot]erit. Addo etiam historiæ, rerumq[ue] ci-  
viliū, negotiorum, contractuum, confuetu-  
dinumque prouinciarum, non imperitum eſſe  
debere concionatorem, ne in corrīgēndis ho-  
minum morib[us], quod ſapē fit, harum rerum  
ignoratio titubare faciat, ſed hæc notitia ad  
rerum coeleſtium fructum ſyncero pectorē  
dirigenda eſt, quod diſerte Chryſofotus do-  
cuit verbis iſis, cum dixit ſacerdotem longe de ſacred-  
aliter quam monachum, τὴν ἔπιστημαν ἀπά-  
σαντες τοι τὸν θυσαυρὸν κειμένην ἔχειν,  
hoc eſt, omnem omnia rerum ſcientiam in  
thesauris ingenij reponitam habere, eundemque  
prudentem, & varium eſſe oportere, ut  
ſæcularia non minus noſcat, quam noſunt ijs  
qui in media hominum turba verſantur, riſus  
harum curarum expers viuat, vt monachi,  
qui in montibus & latebiſ ſibi domicilia co-  
ſtituerunt. Et hæc quidem ad integrum nu-  
meris perfectionem, velut ornamenta concur-  
runt.

Alia

**Concionem.** Alia sunt concionatoris magis propria, non propria quanam illa dices, primum scholastica Theologiae cognitio, vos forte Theologiam, quae Scholastica in dilectione subtilitate versatur dicere vultus, sed malo rem proprijs verbis designare. **Sense. l. 10.** Non est nouum scholasticorum nomine, quippe contr. apud Senecam, Bedam, & Gennadium, **Beda de ar.** scholasticos appellari nouimus scholastici muricae eloquentiae, sive declamatoriæ professores. **Gennad. in res.** ad quos alludens Hieronymus scholastica via Iulia. sticos flores, & scholasticam eloquentiam nominat eam, quae Rhetorum floret pigmentis. Ut igitur scholastici Rethores dicti, qui in scholis, & Athenæis tum præceptis eloquentia, tum progymnasmatis insistentes, pictum quoddam, & flores dicendi genus sequuntur. Sic scholastici Theologi, qui certiore quadam methodo, & rationibus imprimis ex diuina scriptura, ac traditionibus, seu decretis Patrum in conciliis definitis, veritatem quaestionum subtilius discutunt. Deus enim (quod præclare à D. Augustino dictum est)

**Augu. ad Valerian.** Pleraque ex diuinis lite is in apertissima luce posuit, ut inde pasceremur, & famè pelleremus, alia vtilissimis obscuritatibus inuoluit, ut ijs sine ylla satietate ingenij solertia exerceremus.

**Vincent. lat. 1. 3.** Hac agitant scholastici viri plane subtiles, & ad examina singularum rerum momenta perspicacissimi, quorum præceptis, qui non fuerit expolitus, cum saepe titubare, & labi, & falli in Theologicis necesse est. Profundunt omnino concionem, ut nerui corpori, fac corpus sine neruis, quid aliud erit, quam molles stupeant. Factum ex neruis sine succo, & carne, & colore, & sanguine, quid erit aliud, quam teter, & exilis scelus? sic qui sine operi scholastice Theologiae egregios concionatores se futuros putant, nero succidunt orationum. Qui vero calentibus adhuc studijs implexas, & spinosas Theologiae difficultates sine colouibus oratorijs, & quasi quadam veste sermonis ingerunt, lineamenta du-raxat cuanida, sine ylla corporis specie defor-mant.

Quas ob res egregia quadam facultate prædicti mihi semper visi sunt illi, qui scholasticam cum oratoria sine virtusque dispensio norunt contemperare. Ut enim nihil est puerilius, quam cum dicendi campus alta quedam ex Theologorum petita fontibus desiderat, redundanti verborum luxuria sarcire

concionem: sic importuna quadam, & rudi, & indigesta scholastica nihil arbitror, aut frigidius, aut miserabilius.

Haber cum sacris concionibus magis quotidianum commercium scriptura, qua nihil ad maiestatem excelsius, aut ad vim efficacius, aut ad omnem copiam berius reperi potest. Marc profecto est illud magnuu, quod nunquam exarescit, sed nouis subinde influentium yndiqi rerum incrementis, quasi perpetuis riuis, & fluminibus in immensum fœcundatur, unde Augustinus exclamat.

Mira eloquiorum tuorum profunditas est, **Au. g. l. 12.** quorum ecce ante nos superficies blandiens **confess. 14.** paraulis, sed mira profunditas Deus meus, mira profunditas, horro est intendere in eam,

horror honoris, & tremor amoris.

Et ybinam gentium maius ad omnem doctrinam præsidium concionator inuenturus est: Si Physica queritur, num hic rerum omnium causa sunt in Deo? si Ethica? num bonorum morum lex est, & officina? si Logica? num veritas est, & lumen mentis? si Jurisprudentia? num Sapientia, & æquitatis sacrarium? si ipsa facultas oratoria? num magnorum sensuum, & acutissimarum complexiorum mater est? Quamobrem præclare Tertullianus spectaculorum amatoribus objicit **sacras litteras grande spectaculum**, & omnium rerum opulentia, atque varietate referuntur. **Tertull. de spectacu. lis.** Si scientiae, inquit, doctrina delictarum, satis est **lis.** nobis litterarum, satis sententiarum, satis canticorum, satis vocum, nec fabule, sed veritates, nec strophae, sed simplicitates. Vis pugillatus, & luctatus: præsto sunt non paria, sed multa, aspice impudicitiam deictam à castitate, perfidiam exstam à fide, scuriam à misericordia contusam, pertulantiam à modestia obumbratam, & tales sunt apud nos agones, in quibus ipsi coronamur: Accedit quod eius fructus, non ynius duntataxat sint tempestatis, sed omnium temporum, neque tantum ad esum, sed ad medelam, quo sit, ut recte cum illa arbore Apocalypsis comparetur, de qua dixit spiritus veritatis.

Et ex ytraq; parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim per menses singulos, reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem gentium.

Quisquis igitur serio concionari voleret, scripturam, lögę aliter, quam ille Maceo Homerii Iliadem, non in pretiosissimo scrinio, sed

in ipsis gerat medullis, ac visceribus, & quo-  
ties ab ea deslexerit, toties se extra elementum  
suum peregrinari exstinet. Quod certe studi-  
um insigni figura commendare voluit Deus,  
eum Ezechielem ad praedicandum mittens, si-  
li homini (air) comedit volumen istud, vbi Hiero-  
nimus, nisi ante comedelerimus apertum vo-  
lumen, docere non possumus filios Israel.  
Porro ad sacram literarum lectionem, caute,  
& reuerenter aggredendum est, neque  
enim exstolidum cum Ciceronem, & Vir-  
gilium si, e interprete legere tyronibus reli-  
gio sit, sicre vnicunque illoris, quod aiunt,  
mambus tanta tractare mysteria, & diserte  
quidem in ea re praelacent sanctorum Patrum  
interpretationes, quas in star micantum  
stellatum preponens Deus in hoc Ecclesie fir-  
mamento defixi. Quae ad historiam Hebre-  
am, & Greciam attinent, discimus ex Hiero-  
nymo Allegorias, sensusque anagogicos re-  
cludunt Origenes, & Ambrosius. Apropos ad in-  
finitos hominum mores sententias deducunt  
Gregorius, & Chrysostomus locis obscuris,  
& perplexis difficultibus impeditis,  
Augustinus praesert facet: Breuem, & fa-  
cile interpretationem subiicit Lyrannus ty-  
rannibus non contemnedus Omirito Tychonij  
Afri volumen isogicum, & Martinij Hypo-  
tiposes, quæ canones, & regulas ad variis  
scripturarum sensus elicendos tradunt, &  
tot veteres, nouosque interpres, quorum  
Catalogum apud Bellarminum, & Posseui-  
num potest videre. His ergo ducibus, facilior  
sternetur via, ad sanctorum oraculorum in-  
telligentiam, quorum immensa solerit esse pro-  
funditas.

Arque cum multa ex Ecclesiastica historia  
pendeant ad sensus presentim literalis ratio-  
nem dignoseendam, ea non impigre legenda  
est, quam Baronius omni laude major omnium  
locupletissime digessit. Annotandi pre-  
terea in aduersariis loci communes, ex ijs,  
quæ quotidianis teruntur lectionibus, sive ad  
docendum aliquid dogma, sive ad confutando  
errores, sive ad morum, & vita institu-  
tionem, sive ad virtutes inflammandas, sive  
ad peccata redargienda, & cætera huiusmodi.  
Quamuis enim omnia nunc istis sylluis, &  
collectaneis affluere videantur, tamen quod  
quisque sibi priuato labore de legit, & medi-  
tatus est, hoc magis putat suum, hoc securius  
proferrit, & vtlius.

Hic non segnitery idetur inculcandum He-

braicarum literarum studium, quarum vim, Hebreica  
pulchritudinemque demiratus Amelius scri-  
ptor Graecus Plotini discipulus, fateri co-  
ditur, in Hebreæ lingua, quam barbaram Ge-  
corum more appellat, permagnam esse em-  
phasim, breuitatem, perspicuitatem, minus  
quidem varieratis, quam in Graeca, sed minus  
ambiguitatis, eius autem verba, quia rara sunt

testimonia subiectam <sup>Amelius</sup> Χειροβαθρα δύναμα-  
ται, πολλὰ μὲν φυτα, πολλά τοις συντομίας,  
ἀμφιβολίας τε ἐλάσσονες μετόχηκε, καὶ πολ-  
λιάς, καὶ τοις πάθεσι τὸ λέξεων.

Quamobrem, ut nummi præstantiores cē-  
sentur, qui mole exigu, maiorem pecuniae  
summarum complectuntur, sic omnium præ-  
clarissima, vel cotulito dicenda est lingua  
Hebreæ, quæ tanta vocabulorum raritate,  
tot serum pondera comprehendit. Antonius  
Possevius noster, vir acerrimi iudicij, prudē-  
tissimi que consilij in libro secundo bibliothecæ,  
vbi de studio diuinæ scripturæ tractat dis-  
fusus, Hebreacam linguam commendat his-  
verbis. Ortam cum hominis creatione Hebra-  
icam linguam fuisse, atque adeo institutam,  
qua præcipue mysteria diuinæ sapientiae ex-  
ponerentur certissimum est: In en verso esse tot  
sacramenta, quot sunt littera, tot mysteria, quot  
cuncta, tot arcana, quot apices, est quoque  
verissimum, ut non immerito ipsa veritas di-  
xerit, nō præteritur uero lege unum iota, aut  
unum apicem donec omnia fierent: Itaque &  
iure vocata est sancta, quandoquidem myste-  
ria omnia sanctissima Trinitatis nomensi ip-  
sum Dei ineffabile, ceteraque ad sanctifican-  
das animas in ea continentur, tanquam in a-  
bysso profunda secretorum, quæ nunquam  
possit exhaustiri.

Ea quoque potissimum, ac nobilissima par-  
tes, vniuersi, quæ conspicere possunt, sua quæ  
que primum nomina sortitarunt, qualia  
celum, terra, mare, lux, nox, quæ & homini-  
bus ipsis imposita nomina complexa est: Quo-  
rum significatio totidem elementis, eodem  
que singularum partium pondere constans,  
in alijs linguis non est. Præterea nullum  
idioma, vel pronuntiationis integritate gra-  
tius, vel simplicium verborum gratia ubi-  
rius, vel significacione ipsa, aut significandi  
modis distinctius esse intelligenti ij, qui hanc  
linguam didicерunt. Hæc ille Adde quod Ha-  
ymanus in 1. ad Corinth. 13. Hebream linguam  
Angelicam nominari ab Apostolo dicatur.  
quod

quod eius usus proprius in celo fatus sit post resurrectionem, cui assentiuntur Remigius & Vitaldus, Ioannes Cardinalis, Vigetius, & alii.

Quod si obijcas viros sanctos, & excellentes Theologos, puta D' Bernardum, & D. Thomam, hoc studio caruisse, respondere minus forte fuisse necessarium, ijs temporibus, quibus erat unum fidei labium in vniuersitate Europa: Nunc autem in tanta Hæreticorum perfidia, & caliditate, que potest esse cunctatio? Itaque D. Augustinus, & ceteri Patres, quod ipsi fortasse rerum, & occupationum pondere oppressi praestare non potuerunt, hoc alijs ut faciant, suadent, vel si minus possint, ad eos, qui fuerint peritos huius linguae, & in fide Catholica fani, quam diligentissime recurvant. Nec minus excolenda Graeca est, ut noui testamenti, ut septuaginta interpretum, & Aquila, & Symmachus, & Theodosius, maxime vero Graecorum patrum intelligentiam assequamur, non quod velim concionem Hebraismis, atque Hellenismis frequentibus intingi, est enim apud populares aures odiosum, verum extra conciones sacrorum oratori sapius cum doctis hominibus agendum est, differendum, concertandum, quo linguarum praesidio, nisi tunc armatus fuerit, aut infiditiam suam fateatur, aut temeritatem prodat necesse est. Quanobrem linguarum studium iuuenibus summopere videtur excendum, cauendumque ne in Hebreis vana quadam difficultatis opinione quasi Tarazipo in ipsis primordiis hebescant. Non est ea lingua, que putatur, austerior, nihil conanii difficile, modico tantum in ipso limine labore opus est, exhortanda literarum, & coniugationum elementis, maxime ex Bellatmini institutionibus, que ceteris methodo, & clariitate praeludent, mox ciuidem exposicio in plenum trigesimum tertium aggredienda, authorum cum praecptis Grammaticæ coniungendus. Ita quicquid operose video, difficultatis plenum, subito defringetur, & legentibus mirabilis occurrit suauitas. Qui nunc est uult, quod est invocare proverbio, franguum uocem.

Neque aliam fermè ob cauissimam, quam ob quotidianas, partim in concionibus, partim extra conciones cum omni genere hominum conglomaciones, oportet controuersiarum, & Conciliorum, & Canonum, & practicæ Theologizæ, quam casus conscientia appellata

mus, concionatorem esse peritissimum, haec enim omnia ad scripturam referuntur, & communis quodam vinculo inter se complexa continentur.

Hac ubi Panoplia fuerit instructus concionator, iam ad concionem descendat. In qua tio concionis confiruenda duo, specta, materiam, & formam. Materiam appello argumenta que in concionibus tractari solent, formam ipsorum commodam tractationem. Rursus materia alia prima est, alia secunda: prima thema est ex sacra scriptura, quod ad dicendum proponeatur, & licet illud quidem videatur in propria esse, tamen non minimæ est prudentia, ea feligere, que rebus, locis, temporibus conueniant, questiones altas, subtile, ambiguas, controuersias, ubi nihil opus est amputare, contra, ea que ad mores institutos potissimum faciant, & præclararam habent moras speciem studiorum atripere; In quo certè prudentes viros magnum delatum, & indicium adhibere video. Porro scriptura themata, alia sunt exhortativa, ut quae ad B. Virginis, & Sanctorum laudem attrahent, alia adhortatoria, in quibus magna pars concionum est collocata, ut quae ad penitentiam, charitatem, patientiam, & similes virtutes adhortantur. Alia sunt in eodem genere reprehensoria, ut quae in corrigendis hominum vitijs versantur, qualia sœpe sunt Prophetarum oracula, cum improbis ecclesiasticis minas intentant. Alia consolatoria, ut quae ad pusillanimes, & abiectos recreandos, permulcendas humanæ vitæ miseras, & spem in Deum excitandam potentissima sunt. Alia didascalica, ut quae in questionibus explicandis desudant, quae agunt de fide, purgatorio, visione Dei, &cetera. Alia ab hac sublimitate paulò demissiora, & magis familia vocantur institutiva, quae in formanda vitæ disciplina, & tradendis præceptis sunt occupata, qualis est Clemens Alexandri Pædagogus. Alia denique mixta, quæ variorum generum suauem quandam temperiem compiebant, & haec quidem longe probatiora, nam in uno genere tota concione versari plus habet aliquando tardij, minus utilitatis.

Materia secunda continet argumenta, & probationes, quæ ad illustrandum thema propositum afferuntur. Petuntur autem ex locis, partim communibus, partim etiam propriis, loci communis illi sunt, de quibus si

cccc 3

bis

Loci Theo-  
logici.

bro 4. differuimus, definitio, partium enumeratio, genera, causæ, effecta, adiuncta, & cetera, quæ non minus ad lacram, quam profanam Rheticam attinent. Loci Theologorū magis proprii sunt, scriptura, traditiones, Ecclesiæ vniuersalis auctoritas, sacerorum Conciliorum decreta, sanctorum Patrum, & auctoritatis sanctorum interpretum commentationes, ius Canonicum, historicorum Ecclesiasticorum recensita, & quæ ex ijs fluunt argumentis revelationes, promissiones, cominationes, vaticinia, figuræ, allegoriæ, parabolæ, sacramenta, ceremoniæ, quæque magis singularia sunt sumpta ex prædefinitione, prouidentia Dei, iustitia, bonitate, amore, cuiusmodi sunt illustratio nominis Dei, gloria Christi, voluntas, & præcepta diuina. Angelorum custodia, orationes Sæctorum, virtutis splendor, peccati turpitudo, magnitudo preconiorum, ac pœnarum, consuetudo, & experientia rerum, naturæ dictamen, conscientiae testimoniūm, Ecclesiæ vñitatis proximorum ædificatio, & offensio, miracula, consolationis spiritus, remedii sacramentorum, humanae vitæ miseria, vanitas, ac breuitas, mors certa, & incertum eius tempus, hostium nosiorum astutia, mundi peruersitas, & similia, quibus parte nonnulla ex humaniorum litterarum officina poterunt interteri. Atque ut in summa completantur omnia, tota penè rerum, & argumentorum filiam scriptura, Patres, & ratio suppeditant. Cū autem in sacris literis duplex sit sensus, unus literalis, alter mysticus, qui in allegoricum, tropologicum, & anagogicum subdividitur. Literalis maxime placet doctis, & historicis hominibus; Mysticus, siue spiritualis diffusior est, & popularibus sape auribus inceditor: quanquam in eo tenendus est modus, ac infanta figurarum dulcedo, nos à corporibus ad umbras vliqueaque traducat. Quo in genere sape errarunt Philo Iudeus, & Origenes, qui ingenij sui acumina putarunt esse sacramenta, & quæ simplici sensu erant interpretanda, in varias allegoriarum picturas detorserunt. Quapropter allegoricas expositiones, vi notat Euthymius persepe afferre docti negligunt, quod hi sensus facile destruantur, & multis sint ingrati, quid ille dixisset, si recentiorum quorumdam trigidas parabolas legisset, qui non verentur abrum generationis Deiparam Virginem dicere, tres panes ab amico erogatos Lucas 1. Partem, Filium, & Spiritum sanctum: namque

lam, quam ascendit Christus Math. 6. pœnitentiam: quinq; panes, quinque libros Moysis, & duos pisces, humanitatem, & diuinitatem Christi. Hæc dicerentur, si vena vña generosi spiritus in nobis resideret? Quod vero ad sanctorum Patrum attinet testimonia, nec illa videbentur temere in concionibus coacruenda, quod plerique faciunt, qui se pulchros, & beatos putant, si vel ad doctrinæ ostentationem, vel ad memoriam miraculum alia' alijs ingerant, & in vernacula concione, nihil nisi peregrinam linguam sonent. Quanto prudenterius est eorum consilium, qui si quæ suntे Paribus minus speciosa, vulgari lingua petexunt, addicunt tantū vocabulis, in quibus maior vis inest, aut gratia, sic enim, & memoriam subsidium, & temporis paratur lucrum. Iam vero non in rationibus, quæ ingenij solertia inueniuntur, mulū valēt definitions, & causæ, & effecta, & adiuncta, & partes; flos autem, & pulchritudo ab eximijs similibus in totum corpus orationis manat.

Forma concionum non est una, sed pro locorum, temporum, personarum, argomentorum denique ipsorum varietate, in variis tribuitur partes. Imperitus est concionator, qui eandem crepidam omnium pedibus conatur induere, videndum est, quid cuiusque aures ferant, quid palatum experiat, sed maxime, quid salutem vniuersorum conducat. Rutilus ex materia alia subinde formarum consurgit diversitas, aliter enim tractatus exornatum genus, aliter didascalicum, aliter adhortatorium. Exornatum plus ex sua natura floris expertus & facundia, licet enim omnis, quæ de rebus diuinis habetur oratio plus olere debet grauitatis, & sanctimoniaz, quam artis, & curæ, tamen fieri non potest, quia in istis speciosis argumentis, qualia sunt, aut Christi nativitas, aut B. Virginis encomia, aut Sanctorum laudes, multa liquidius, & ornatus effluant. Quis enim in illa laudatione Agnetis, quæ est apud D. Ambrosium, & acumina, & flores eloquentiæ singulares non agnoscat, nomen virginis tenuis est pudor. Appellabo martyrem, prædicauit fatus, prolixa laudatio est, quæ non queritur, sed tenetur. Faceant igit; ur ingenia, eloquentia conticeat, vox vna præconum est. Hanc senes, hanc iuvenes, hanc pueri canant.

Nemo est laudabilior, quam qui ab omnibus laudari potest, quot homines, tot præceptes, qui martyrem prædicant, dum loquuntur,

Duplex se-  
jus scriptu-  
rarum.

Euthym. in  
psal. 150.

Allegoria  
vñitatis.

Testimonis  
SS. Patrum  
cum indu-  
stria pro-  
renda.

Forma. &  
charakter  
concionum.

Exornatum  
floridius  
tractande.

tu. Hæc duodecim annorum martyrum fæ-  
cile iraditur. Quo detestabilior est crudelitas,  
quæ minuscula non pepercit æra; Imo mag-  
na vis fidei, quæ erat ab illa testimonium  
inuenit ætate. Fuitne in illo corpore vulse-  
ri locus? Et quæ non habuit, quo ferrum reci-  
peret, habuit, quo ferrum vinceret: At istius  
ætatis pueræ tocos erat parentum vultus  
ferre non possunt, & acu distracta, solent pun-  
cta ferre quasi vulnera. Hæc inter cruentas  
earnificum impauida manus, hæc stridentium  
graibus immobilis tractibus catenarum,  
nunc forentis mucroni militis tocum offerre  
corpus mori adhuc nescia, sed passata, vel si ad  
aras inuita rapetur, tendere Christo inter  
ignes manus, atque in ipsis sacrilegis focis  
trophæum Domini signate viatoris.

Vides quam acutæ, & extulæ sententiae,  
& quo errore teneantur, qui ita argumenta  
codem stylo, quo cætera tractanda existimant:  
Longè enim diuersa sunt ab aliis, & suopè  
ingenio tocos, atque expositiones qua inquam  
modestas desiderant. Idipsum in oratione  
Basilij de laudibus B. Virginis, & sermone  
Procopij Diaconi, & Cartophylacis in Mar-  
cum, ex Nazianzeni demque, & Chrysostomi  
concionibus facile possumus agnoscere. Quia  
etiam non alium feruant ordinem, quam e-  
um, de quo in exornatio genere dictum est;  
Narrant, exaggerant, attollunt, inculcant,  
confundunt, exclamant, discursiones tam ad in-  
stituendos mores, aliquando longiores admi-  
tunt.

**Adhorta-**  
**toriū**  
**quonodo**  
**tractandum**

Adhortatorium minus requirit concinnita-  
tis, sed plus coloris, sumit enim certa capita,  
quibus & horretur ad bona, & dehortetur  
a malis, qualia sunt Dei gloria, Ecclesia de-  
us, nostra ipsorum & virtus, poenæ & præ-  
mia, hæc constanti nexu exequitur, vrget, im-  
flat, premit, reprehendit, contulatur, ad sum-  
mum plus est in affectibus & figuris sententie,  
quam in delectu, & sculptura verborum. Quo  
in genere sæpe admirabilis est D. Augustinus,  
nam & monendo rationum robore conuincit,  
& consolando plenus est suavitatis, &  
reprehendenz o grauem quandam sanctim o-  
niā praefert, quæ non insultat, sed visceribus  
meri ordine compatitur. Et hoc genus effi-  
caciissimum est, exemplum sit istud: Ab in-  
cantoribus, & fortilegis deterret homines a  
lloqui illis vitis sati mancipatos, vide qua  
grauitate, & misericordia! Fratres mei

non vos plangam quotidie inuenio ista, & quid  
faciam nondum perjuadeo Christianus in Chris-  
tostoffem esse ponendam: ecce si cui factum est  
remedium, moriar, Quam multi enim cū re-  
medis mortui sunt, & quam multi sine remedio  
vixerunt. Qua fronte existi anima ad Deum  
perdidit si, sum Christi, acc p̄ signum Diaboli.  
An forte dicit, non perdidit signum Christi: ergo  
signum Coristi cum signo Diaboli habuisti.  
Non vult Christianus communionem, sed solus  
vult possidere, quod emit, tantum emit, ut solus pos-  
siderat, u faciu ei consortem Diabolam, sui te per  
peccatum vendideras. Vt duplice corde, qui in  
corde suo partem faciunt Deo, partem faciunt  
Diabolo, deinde cognoscamus ergo agnum fra-  
tres, cognoscamus pretium nostrum.

Genus didascalicum dupli modo tracta-  
tur, vel enim demissius ad popularem captum  
familiarissimum similibus, & actuosis figuris,  
qua in parte, sancti quoq. Augustini pruden-  
tia omnino admirabilis est, ita plerunque que-  
stiones altas, & subtiles ad ratiōnē intelligē-  
tiam format, & singit, vt in sermone de S.  
Vincentio data occasione occurrit in dispu-  
tationem de corpore spirituali, vide quo arti-  
ficio, quam miti simplicitate, & cædere sty-  
li.

In sanitate (inquit) magnum est nihil sen-  
tire, multa habemus intus in visceribus no-  
stris, quis ea nostrum sciret, nisi in corporibus  
nostris laniatis videret? viscera nostra in-  
teriora, nostra quæ dicuntur intestina, unde  
nouimus; & nunc est bonum, quando illa  
non sentimus, tunc sanū sumus. Dicis ali-  
cui, oblitera stomachum, responderi tibi,  
quid est stomachus? Felix ignorantia, nescit  
vbi habeat, quod semper sanum habet, si sanū  
non esset, sentiret, si sentiret, non bono suo  
sciret.

Sed quamuis laudata corporis sanitatem ve-  
nimus ad celeritatem motus: & inuenimus  
nos plumbeos quodammodo. Quanta est ce-  
leritas celestium corporum? Vis nosse quan-  
ta sit: inuenieris solem, & tibi videtur, quasi nō  
moueat, & tamen mouetur. Forte dicas mo-  
uetur, sed tardius, vis nosse quanta celeritate  
moueat? vis ratione colligere quod nō sen-  
tis aspectu: si recta via ab oriente usque in oc-  
cidentem, in hac terra veredis quisque cur-  
rens, per quorū dies perueniret, qualibet equo-  
rum velocitatē ferrebat, quot mansiones age-  
ret; & cætera, quæ suse persegitur, quali mā-  
sa in os ingerens.

Aliter

A liter didascalica genus tractatur ad eruditarum aurium institutionem, doctis, & accuratis argumentis, expositione diversarū sententiārum, cum delectu melioris, testimonijs, exemplis, elaboratis similitudinibus, & eora illa supellectile magnifica orationis, quæ interdum quanquam parcus assumenda est.

**Dispositio  
ōcionum.**

**Primus or  
do ferme se  
m̄ arte.**

Iam dispositio quoque pro varijs argumen-  
tis varia esse solet.

Vna est sine arte, naturali cursu fluēs, quālis in paraphrasi, & homilijs veterum in historijs, & parabolis esse solet.

Paraphrasis siquidem textum sacrum expo-  
nit seruato codem ordinis filo, singulis insi-  
stens, omnia discutiens, quāquam breuissime  
hic ordo interpretum potius est, quām orato-  
rum, cū enim tedijs plaus apud eruditas prae-  
sertim aures, nisi lepore, & venustate quadam  
aspergatur.

Homilia magis sapit oratorium, & adipale  
amplificationibus, & excursionibus ad mores  
instituendos paulò longiusculis vtiens, cāte-  
roqui totam Euangeliū seriem familiariter ser-  
mone percurrit, atque explicat.

Historica sāpē partitionem suopte ingenio  
suggerunt, vt Euangelium de diuite epulone,  
et iudicem diuitis, & Lazari conditionem in  
terris, deinde vtriusque mortem: tertio statū  
in alia vita.

**Secundus ordo pender magis ex arbitrio, &  
arte oratoris, qui fit, vel cum ex toto Euange-  
lio, duo, aut tria quādam capita discirienda  
modus.**

In parabolis primum ostendimus scopum  
parabolæ, secundo signantis, & rei signatae  
commercium declaramus. Tertiò ad mores  
informados deducimus. Et hæc, vt dixi, na-  
turali fermè tenore manant liquidius.

Secundus ordo pender magis ex arbitrio, &  
arte oratoris, qui fit, vel cum ex toto Euange-  
lio, duo, aut tria quādam capita discirienda  
modus.

Pulchrius igitur res procedit, cum ex toto  
Euangelio ea deliguntur capita, quæ ordi-  
nem, & nexus habent, vt ex uno in aliud  
commoda succedat digressio. Sic in Euange-  
lio de surdo, & muto, prium tyrannis Dæ-  
monis ostendetur, deinde, quo pacto aducer-

sus animas Dei charactere signatas tandem  
exerceat: tertio qui inde, & quam terti, ac fin-  
nesti consequantur effectus.

Solet autem istud accommodatius fieri, cū  
in ipso themate, sententiaque ad dicendum  
proposita, quasi fruges in semine, sic tota vis,  
& ratio concionis includatur, vt in illo *Dilectus Dominus Deum tuum ex toto corde tuo.* Si  
dicatur de actu dilectionis, de obiecto dilec-  
tio, rationeque diligēs. Sed quod etiam vi-  
detur ingeniosius, in vna plerunque vocula  
tota concio fundabitur, vt in illud *Calicem  
meum biberis.* Si dicatur de duplice calice Ba-  
bylonis, & Christi.

Denique sāpē non tam spectantur verba,  
quam ipsius Euangeliū scopus, in quem recte  
collineat, & instituit oratio, modo de ieu-  
nio, modo de charitate, & de qualibet alia in-  
signi materia. Methodus autem propriae se-  
lertiae permittitur, quæ sumit argumenta,  
nunc ab uniuscapitibus, vt antiquitate,  
honestate, vtilitate, nunc à causis, qui mos  
frequentissimus esse solet, nunc ab adjunctis  
rebus, nunc vtriusque allaris sententijs qua-  
stio dilectatur, & dissoluitur, cāterisque e-  
iusmodi industriae adminiculis roboratur.

Tertius modus, qui solet habere aucipi-  
um quoddam nouæ, & gratæ delectationis.  
**Tertiust  
modus dispon-  
ens symboli-  
cum.**

Vel enim sumitur historia, vt si conciona-  
tor de obedientia dicturus. Isaicum sub pa-  
tero cultro effigier, & in hoc typo omnes o-  
bedientiae proprietates, atque ornamenta  
proponat.

Vel adhibetur tantum similitudo, vt cum  
sub ægroti imagine tota pœnitentia ratio  
explicatur.

Vel allegoria, vécum iudicium in libro se-  
pitem sigillis obsignato proponitur, vel per  
continuam antithesin Apostoli cum luce, &  
sæle allatis vtriusque proprietatibus conser-  
tur.

Vel certè illustris aliqua figura instar em-  
blematis depingitur, in cuius explicatione,  
variarumque partium accommodatione tota  
demum opera insumitur. Vt si de prouiden-  
tia dicturus, pro fundamento sumas Ezechie-  
lis visionem, & mystica animalia, in quibus  
candem expressam fuisse Apollinaris, atque  
post illum Polychronius censuit.

Vel si de particula sermonis facturas, pri-  
ma pars

*Tertullus de  
parvula*

enam subiectam illam oculis, tanquam honestam virginem iis coloribus expressam, quibus Tertullianus non ignobilis artifex depinxit. Vultus illi tranquillus, & placidus, frons pura, nulla mceroris, aut irae rugositate contracta; remissa aequa in letum modum supercilia, oculis humilitate non infelicitate deicet, os taciturnitatis honore signatum, color qualis securis, & innoxius: Motus frequens capitis in Diabolum, & minax risus, certe cum amictus circum necora candidus, & corpori impressus: ut qui nec inflatur, nec inquietatur. Sedet enim in throno, spiritus eius mitissimi & mansuetissimi, qui in turbine glomeratur, non nubilo liuet, sed est tenera similitudinis apertus, & simplex, quem tertio vidit Helias. In eodem genere est currus auctoritatis apud Bernardum.

Avaritia rotis vechitur quatuor vitiorum, que sunt pusillanimitas, inhumanitas, contempnus Dei, mortis obliuio. Porro iumenta trahentia, tenacitas, & rapacitas, & hic unus auctior ambobus praesidet habendi ardor.

Hæc amplam dicendi materiam suggestum, sed ut libere fatear, hic modus nisi summa prudenter, & dexteritate tractetur, ostendit quipiam iuvenile, & leuicum, quod momentum temporis deflorescit; Idecirco haud eorum probaram institutum, qui nunquam acquieciunt, nisi per symbola, & imagines concionati fuerint.

*Quartus  
modus per  
paradox.*

Quartus modus est per παράδοξον, cum quaestio quædam à communi, & plebeio sensu abhorrens, quales sunt in Christiana disciplina permulta, grauitate, & copiose tractatur, qualis est illa D. Chrysostomi, *quod nemo leditur, nisi a Iespo*. Idecirco nouitatem actionis excusat in ipso limine, οὐδα μέτριπεπαχυτήροις, χριστιανότητα κεχχύνοι, χριστιανούμενοις, χριστιανοῖς ή διάλεκτοι ήδονούσι τοῦ νοερῶν οὐ σφόδρα ἀντεχούμενοις καγάροις, χριστιανοῖς διάλογοις οὐτοις ἔναι δόξεν. Scilicet oratione ut etiā in cœliis quippe presentibus rebus inhiante, ac terra junc affixi, & sensu voluptribus seruum spiritualibus, non admodum deducuntur, admirabiliter videatur oratio.

*Quintus  
modus per  
dialog. Cœ.*

Video & quintam quandam formam, per dialogos, & prosopopicias induci, & dramata, & senatus consulta, & actiones iudicarias fieri in concionibus, de qua viri prudentes viderint, sed nisi præstans quædam facultas, & industria hanc agendi rationem inçat pericu-

lum est ne incidat in vitium κακοῖς. Hæc de varijs characteribus concionum.

*Partes con-  
cionis.*

Nunc de partibus concionis videamus, nolo concionatorem indifferum, nolo nimis oratorem esse, quo virtus laborant nonnulli, qui veteres quædam partitiones è schola religiosius obseruant, exordia, & narraciones, confirmationes quoque, & perorationes scrupulose digerunt, & artificium suum, vel potius infantiam produnt. Non enim Dei spiritus scholæ legibus vincitus tenetur, quamquam nec scholastici Rethores, hunc partium numerum semper necessarium esse voluerunt, sed partitionem dumtaxat, & proportionem. Primum igitur illi aditus prolixus, fluentes, calamistrati, toti a sacris concionibus relegentur, si longior fueris in exordio, statim auditores permitti prolixitatem sermonis formidante demittunt (quod ait ille) auriculas, ut inique mentia a illi, si compior, dubius suspicionem fuci, vbi minime fucatum esse oportet; si extra rem vageris, ad merata tacita reuocabit omnium conscientia. Raro contingit, ut orator, vel auctor, vel ab auditori persona debeat exordiri, si tamen euentus aliquis suaserit, non veto, sed parce, & prudenter faciendum mones.

Quæ igitur exordia, inquires, apta sunt cō-Exordiis concionibus. Primum ante prectionem video apud graues personas placere simplicem rei expositionem, & torius concionis diuisiōnem: neque enim istis assentior, qui putant senile, & frigidum partiiri orationem, quod longe sit ingeniosius artem occultare, & arietorem toto tempore suspensum tenere.

Procul istæ artis, & ingenij argutiae, quem ducturus est orator lubenter inspicio, viam tenenti gratius est iter, hospes, & peregrinus in rebus languet eit us Nolo qui me suspendat, & cruciet, volo qui me doceat. Nec verendum est, ne quid nimium lucis habeat oratio, rarius istud peccatum est, veniam statim meretur.

*I singage orationis.*

Ne quid tamen dissimilem, simplicem instantiam rerum diuisiōnem nimis atferum, & siccum exordium nonnulli putant: Dandum erit fortasse quiddam autibus plenus, si res videatur expetere. Post prectionem, instar iusti, & maxime propri exordi, fieri sclet, quæ à nonnullis λέγοντες γενεalogia introducō fermonis appellatur, que fit ei bicus quædā, & grauis disertatio instituitur, que re-

D d d d

Et in materiam propositam insuet, ut genus in speciem. Haec ratio exordiendi pulchra est, & antiquis familiarissima, sic D. Chrysostomus in sermone de S. Andrea, inuenit hic prior fratrem suum, apte exordium dicit à communione mutui euuldam amoris, quem hominem peccatoribus Deus indidit. Cum à princeps, inquit, Deus hominem fingeret, noluit solum esse, sed laetus est mulieris auxilium, & ut una cohabitarent instituit. Sic in parabola de sermo nequam, & in locum crudeli, ubi exemplum statuit de misericordia, & iustitia, aptum erit exordium, si dicatur. Mundum quasi duabus columnis ijsdem virtutibus sustineri. In id quoque genus commode incident axiomata Theologica, & Philosophica, parabola, exempla, similitudines. A simili exorditur D. Augustinus sermone 22. aurum de terra eligere, qui nouerunt, ubi diuitem senserunt venam, ibi quicquid artu est, quicquid laboris impendunt. Et Theodoreus nobilis orationem de prouidentia à similitudine pilicitorum τὰς πορτίδας ἐπόλεων, Item orationem de natura hominis, à simili de magnete cum sacris literis, & sermonem 11. ab Aristippo μητρούλατω. Ceterum caendum ne ista sermonis Ilogoe primum sit aliena, deinde nemis prolixa, sed concioni prudenti quadam mensura dispenseatur.

D. Aug. de  
S. Vincentio  
Alia exordia rem statim aggrediuntur, & prima agressione tangunt, ut in passione, quæ nobis recitata est, euidenter ostenditur. Index ferox, tortor, cruentus, martyris insuetus. Alia fiunt ex abrupto, ut apud D. Basiliū, *Lectorum*, & *qui non timebit?*

*propositio & confirmatio.* Narratio nulla est in conceione, quæ procedunt necesse est consequatur, multæ tamen occurunt παραδημάτους (ut Græci appellant) quæ si appositi hant & ex optimis afferantur authoribus, frugiferæ sunt, & plebeijis præferuntur auribus periundæ. Porro narrationis locum tener propositio illa generalis, in qua tanquam in cardine tota vertitur concio, hinc succedit confirmatio, potissima pars orationis, varijs constans argumentis, vel si quid refellendum occurrat, confutatio. Cludit totam concionem, peroratio, quæ fieri solet, non scholasticō stylo, ea scilicet repetendo ad ostentationem memoriarum, que per totam orationem longè, lateque sparsa fuerint, sed per acrem quandam exhortationem, quæ vel nouas, cal-

que posterioris notæ rationes contineat, vel certe iam libatas robustiore quadam vi, & laetis imprimat, vt infixos æuleos in timis auditorum peccatoribus relinquat. Per apostrophen, aut abruptum finem facere iuenerit aliquid, modo ne quid nimis frequens, & affectatum.

De eloctione quid attinet plura dicere? Elocutio  
cum putem me in hac parte Logodelo ho- cionum.  
mini imprimis diserto satis fecisse. Et iam vos censem, & amplectimini, quod summis concionatoribus placere video, qui de sacri orato- ris eloquitione hæc præcipiunt. Habet elo- quentiam sine affectione, candorem sine fu-

Caroli Re-  
co, grauitatem sine tumore.

Sit mediocriter,

gicus.

acuta nō hebes; nō redundet luxuria verborū, sed neque sit sterilis; sit suavis non ingratis sit modicè accurata, non vilis, nec ablecta, nec humi repens; ante omnia sit viuida, spirans, luci plena, & roboris, modo vbiique sit etiam apta. Quaritis etiam an numeros, & figuras probem? dixi antea religionem non plane renunciare ingenio, sed eius vim, & impetum moderari, nolo aucupem syllabarum fieri concionatorem, nolo periodos circumsondere, nolo anxia quadam lima cruciare, puerile enim vitium est, & vix in ipsis rostris ferendum, certa tamen interwalla, quæ fluere solent, vel mediocriter exercitatis non voto. Addo etiā figuras, sed quas non Neronianas, aut Glyconias, quas doctas fortasse inepti dixerint, nos ista tessellata orationis leuicula quadam chro- rragia tyronibus pueris relinquamus, qui quam sapè Porcæ naribus aureas armillas imponunt, ex Icholis nosse possumus. At nos primum caucamus, ne accersitae sint nostræ figuræ, & quasi meditatae, ne prodeant ex umbraculis, nō quidem vocatae, sed irrepetitæ, deinde te ostentent hilarius, mox iactent etiam insolentius: hæc enim eloquentia iuvenilis est, & à pijs se- sibus ad Sirenumularum cantus animos auocat. Figurae assumendæ sunt, partim ut nimis vilæ, & strigofam orationem vindicent ab humili- tate, & folidibus; partim ut nimis austera modico quodam cultu exhilarant, partim etiam ut motus celerius vibent, imprimant validius, defigant altius. Quamobrem nonnullæ in exornatiō genere paulo cultiores permit- tuntur, quales sunt distributiones, anasthetæ, & descriptiones, quibus nonnunquam pruden- ter, & opportune S. Patres vtuntur. In eo S. Fulgentius est illa antithesis sancti Fulgentij, He- in serm. de ri. Rex noster irabea carnis indumenta, de anilia v. SS. innot.

8078

### Peroratio.

teri Virginis egrediens, visitare dignatus est mundum: hodie miles de tabernaculo corporis exiens triumphator migrans in celum, & c. que ille fuisus prosequitur, in quibus appetet quidam ornatus, sed minime adscitus, ac importunus; deinde quo dictionis ad grauitatem temperamento nosc vos arbitror.

*Descript. in* Eadem lege admittuntur descriptiones, non unicoloribus in parergis, vt ludant in describenda crepida, quibus aut equo phalerato, aut venustula mulieris facie, sed vt motui, qui imprimentur est famulatur. Quamobrem & in sermone de SS. Innocentibus Basilius Seleuciae præclara hypotoponcia in sermo de SS. si describit infantes illos miseros, ciuilantes, ad gladiorum fulgorem connuentibus oculis in vinas matrum reflexos. Matres furentibus similes, aliam aliò per vibem discurrentes, cum illis miserabilibus suis oneribus locum fugazem, euergetis; alias lacero amiculio; alias projecto fugientes; alias sparsa coma filioli in umbras, aliam se cursu pioripentem; aliam deprehensam, quæ timore diriguerat, & manantes lachrymis oculos, aspectumque partim ad stricti ensis imperium, partim ad innocentis animulam, qua iam erat sub iusto diuidebat, aliam quæ se ferientibus per confertissima tela irruens opponebat; aliam quæ stupore prius, quam soboles eius vulnera corruebat. Hæc quidem grauia sunt, & ita martyrum per passiones, inferorum cruciatus, æternæ vita delicias, peccatorum turpidinem suauissimi Patres pleniusque describunt, sed in extraneas descriptiones, quæ nihil habent præter pompam, nunquam degenerant.

Addo frequētiores esse debere figuræ illas, quæ ad docēdum faciunt, quales sunt interrogations, responsiones, dialogimi, quam cæteras, & certè in iisdem multus est D. Augustinus, quo sit ut illam vim torrentis ingenij, plebeis etiam auribus quam familiariter attēpet, vt, quavis aliquando humana curiositas, & dicit sibi, pudiens per illud spirituale corpus videlicimus Deum? Cito quidem responderi pos-

tefi in loco non videtur Deus, per partes non videtur Deus, spatiis diffusi, internali, & separati non videtur Deus.

Hæc, & similia ad perspicuitatem orationis multum iuvant, in motibus, & affectibus, quos diuinus orator à Deo potissimum mentium Domino flagitare debet: multum dominatur vehementiores sententiarum figurae, vt exclamations, auerstiones, conuersiones, deprecationes, fermocinaciones, & cætera, de quibus alijs differendi locus. Accedat ipsa corporis eloquentia pronunciatio, quæ elucet in voce clara, æquabili, varia pro terum, quæ dicuntur natura, tamiliari præsertim, ac natura, corporisque constitutioni accommodata. Genuis ro- rum, sententiarumque naturam sequatur, gaudet concionator moderata grauitate, ac naturali decoro, sit vultus serenus, & ita se compen- nat, qualem decet eum, cuius vt tota vita, sic aetatio pictura quædam esse debet decoræ honestatis. Hæc vobis ivi τιπώ: nunc, vt cum sapien- tissimo doctore Gregorio claudam, scito te, cō- Gregor. cōgnoscias, siue multitudo corpus, cui verba fa- oras. 1. cere oportet, inflat esse variæ cuiusdam, ac πολε- multiplicis belluæ, ex multis animantibus οὐδὲ καὶ πολέ- magnis iuxta, parvisque, nec non feris, ac miti μορφης. bus conflatae, quam qui verbis circuare, & du- cere aggreditur, huic in natura adeo præpostera, & prodigiosa gubernanda maximus pro- cul dubio subcundus est labor, vt iam simplex sit conscientia, quam varius, & multiplex scien- tia, ad omnium animos apie compositeque si- bi adungendos, & vniuersique distribuendum τὸ δὲ λόγον στοιχεῖ τὸν demensum sermonis: itaque prima pars, & ferme tota huius sacrae eloquentia prudentia est, & perpetuum cum Deo commercium, tanti enim sumus omnes, quantum ab eo coelesti fonte respurgi- mur, à quo omnis ab ēterno manat, & mana- bit opulen- tia.